

EXAMEN OMNI-
VM SYRVPORVM QVO-
rum in publicis officinis usus est,
ANTONIO MVSA
Brasauolo Ferrariensi
authore.

B R A S A V O L V S,
Senex pharmacopola.

SENEX.



EVS HEVS. Quorsum tam rapidè,
tamq; celeri cursu properas? qui testus
dineo gradu alioqui tuo huic antiquis
simo mulo insidens incedere soleas?

B R A S A V O L V S. Ad cœnam vos
cor: hanc enim diem hucusq; ieunius transiui. SENEX.
Quur tu quem medicè viuere oportet, ventriculum tam
longo spatio inanem esse permisisti? Fortè heri vesperi
pleniori cœna vſus es, quæ ad hanc vſq; horam te satus
rum fecerit. BRA. Non equidem: sed in diui Ioannis ve
nerationem, pro qua omnes Christiani hodie ieunant,
id est semel in die comedunt, & ego eundem morem ser
uare institui. SEN. ad prandium igitur vocaris, non ad
cœnam. BRA. Vtrunq; simul expediam. SEN

A

EXAMEN

in meridie pransus non es, ut est omnium ferè communissimus mos? BRA. Ut vxorculæ meæ, & alijs domeſticas mulierculis satisfacerem, atq; morem geram. SEN. O te miserum atq; infortunatum. Igitur mulierculis paſſes? BRA. Et pareo, & parent. SEN. De me actum eſſet, si in re vel tantilli mometi uxori mee aures porrige rem, & annuerem. BRA. Tamen difficile eſt fœminam cogere. SEN. Difficillimum. BRA. Quomodo igitur continuò domi nō certas? SEN. Imò nulli sunt dies, vel nulla ſaltem hebdomas, quæ rixis, clamoribus, & contumelij coniugalibus careat. BRASA. Ego potius econtrario dicam, O te miserrimum, atq; infeliciſſimum, qui continua rixarum & cōtumeliarum pestem domi alas. SEN. Quis ille eſt adeò temperans, & modestia præditus, qui uxorem ducens ab his temperare poſſit? BRA. Ego iſ sum, licet parum modestus, & parum temperans, tamen septimus agitur annus poſtquam uxorem duxi. Nunquam verò eam vel iratus turpi nomine, aut cōtumelioso appellaui, & ad hoc uſq; tempus adeò tranquille vnā viximus, ut nullus vel religiosarum cœtus paſcatior inueniri poſſit. SEN. At ego primis protinus diebus institui, nunquam ſuo nomine uxorem meam vocare: ſed continuò aut belluam, aut mēdicam, aut ſcortum, aut alio ſimili nomine, quoties opus eſt vocare eam, appello. BRA. Ego autē meam non ſolum ſuo nomine, ſed etiam honestiori eam appello, quæ mihi mitiſſima effecta eſt. SEN. Aut mulier non eſt tuavxor, aut diuino loco nata. BRA. Ferrariæ orta eſt, & mulier quæ bilioſiſſimam peraturam naclta eſt, ſi qua altera. SEN. Quomodo igitur

S Y R V P O R V M

9

igitur tam diu absq; bello, iurgijs, & verberibus viuere
potuisti? BRA. Quomodo tu in tam magno incommodo
in bello magis quam hostili tanto tempore vitam du-
xisti? SEN. Audies (si aures accommodare nō pigrat.)
Ab intio cūm vxorem duxi, statui & fixa mente repo-
sui: quicquid vellem, quicquid dicerem, vel sanū, vel ins-
sanum, ut ipsa id ageret, & annueret. BRA. O demenza
tia non modo mira, sed plusquam feralis, Hoc est, hoc
est, quod vxores multas (pauperculas quidem illas quae
bis nebulonibus iunguntur) in exitium perducit. Quippe
nulla est mulier, quae suam bilem, & suam indignatio-
nem non habeat. Multi vero fatui putant leonem verbes
ribus cicurare, quod boni cicuratores non faciunt: sed ca-
nes in conspectu leonis cædentes, cicures leones reddunt.
Quid autem de uxore egeris, prosequaris. SEN. Ex
his quae dicebam, illa quædam annuebat, alia negabat
quibus assentire volebam: & quia negabat, verbis atq;
verberibus afficiebatur. Imò prima nocte qua domum
meam accessit, muliebria femoralia paraueram, & duos
baculos: quando hora cubandi in cubiculo soli clausi fui
mus, femoralia in terram proieci, & sumpto baculo alte-
rum illi dedi, inquiens: Volo nunc pugnemus, uter nos
strum femoralia ferre debet. & quia nec baculum sumere
voluit, nec pugnare grauiter fustuario prima illa nos-
ete vapulauit. BRA. O fatuissime virorum, pulchra ma-
trimoniij consumatio illa fuit. Utinam sumpto baculo te
pro merito multasset. Dic autem, illa quae negabat, &
quibus te inuito annuebat, erant' ne alicuius momenti?
SEN. Minimi quandoq;, & plerunq; nullius: sed expe-

EXAMEN

10

riundi gratia quædam vana & absurdâ proponebam, ut
ad mea vota annuere & negare condisceret. BRA. O
omnium quos adhuc nouerim virorū fatuissimum. Vxo-
rem igitur assentatricem & propè parasiticā habere cu-
piebas, quæ in rebus falsis te laudaret, & manifestè ver-
ra inficiaretur? SEN. Non assentatricem cupiebam, sed
mihi obsequente. BRA. Dic (ni pigeat) fuit' ne vñquam
obsequens? SEN. Nunquam potui iurgys, minis, aut
verberibus adeò efficere, vt præceptis meis obsecundas-
ret. BRA. Igitur tam longæuam ætatem pugnans, &
quali bello? Magis quam intestino miseram vitam duce-
re potuisti? SEN. Plus certe fuit quam intestinum bel-
lum quod inter nos factum est: nunquam enim tam hor-
rendum & ingens monstrum domari potuit, quod Hera-
culeam clauam etiam retundit. BRA. Nescio an tu pos-
tius, vel illa monstrum sit. Quippe tu nunquam domitus
es: sed continuè furiali incessu, & non humano proce-
fisti. SEN. Non licet virum ab vxore domari, & dor-
so mulieres clitellas gestare. BRA. Hoc est illud quod
perpetua bella inter vos facit. De te autem plurimum mis-
tor, quem plerunq; viderim famulum tuum, & pueros
quos instituis, benignè, & piè admonere, & labores
multos vt eos rectè instituas patēris, tamen quando &
quoties lubet expellere potes, & illi sponte abire: non
potes autem pusillū tolerare, vt vxorem propriam edo-
ceas, quæ velis nolis tua est. Eadem domo viuitis, eidem
mensæ accumbitis, eodem cubiculo acquiescitis, eodem
toro cubatis, communes filiorum parentes estis, bonæ &
malæ fortunæ participes, quam & si volueris, expellere

non

SYRVPORVM

II

non potes, nec ipsa sponte discedere, sed te ad cineres
vſq; comitabitur. SEN. Libenter scirem quomodo vxo
rem tuam mitiorem reddideris: nam discens fortè imitaſ
bor, & quod superest mihi vitæ, quietius transfigam.
BRA. Rem (vt arbitror) difficilimam agredieris: nam
pſitaci rostrum naſtus es: tamen non grauabor meum &
verum has feras cicurandi modum edocere. Principio,
Antiquum morem considerare cœpi, quo vxor maritū,
& maritus vxorem emebat. Id interpretatur Plutar‐
chus, ex hoc significari, inter virum & vxorem æqualis‐
tatem quandam esse debere, vt vterq; alteri sponte ob‐
temperet. Cuius rei erant illa verba ſolennia: Si fueris
mihi Caius, ero ubi Caia. Deinde mihi ex iſtituto
proposuit, hoc momentaneum vitæ ſpatium in perpetua
animi pace, quiete, & tranquillitate percurrentum eſſe:
propterea primis illis diebus à nuptijs omnia agere cœ‐
pi quæ vxori meæ placere præuidebam, explorabamq;
ab ancillis, à ſorore, & alijs, an quicquā noſcerent quod
vxori meæ placeret, quod illi gratum foret & iocundū,
& nihil intentatum omittebam, quin efficerem, vt in
omnibus illi ſatisfacerem, & ſua vota implerem. Illa vi‐
cissim ita me amare cœpit, vt quicquid cogitat, quicquid
agit, in meum ſolatium ſint, & nihil aliud animo habet,
quam mihi grata parare. Quippe in dies nouas dapes,
nouos intinetus & ſcitamenta, noua opſonia quæ meo
palato ſapiant, perquirit. Si quandoq; in habitu corpo‐
ris, & vſtium genere mihi diſplicuerit, non arguo, nō
reprehendo, non exclamo, iubens vt hanc vel illam ve‐
ſtem dimittat, vt manicas aut torale mutet, vt vittas:

fulas' ue alio more gestet. Sed mihi fabellam quandam
fingo: In templo mulierem vidisse tali habitu, taliq; mi-
tra redimitam, quæ mihi adeò placuerit, vt oculis meis
nihil vñquam gratius occurrerit. Sequenti die aliam mu-
lierem me vidisse referto, quæ ob vestium lacinias, ob vit-
tarum varietatem adeo mihi displicuerit, vt eam magis
quàm Tisiphonem abhorrerem, & quam nullo pretio
matrimonio mihi iunctam esse velim. Hæc audiens vxor
mea vestes me inscio mutabat, vittasq; vt mihi gratum
erat, aptabat. Itaq; pacificè, summo cum amore & be-
nevolentia ad frugem redibat. S E N. Vir sum ego qui
hæc pati non possem, & cui has feras imperiose potius
quàm blandè vincendas esse videtur. B R A. Tuam tan-
men ad hanc vñq; tam longæuam ætatem vincere non po-
tuisti. S E N. Nec (vt arbitror) posthac vincam, nisi ins-
terfecero, aut spontanea morte decedat. B R A. Ego aus-
tem meam mihi ciearem, blandam, meisq; votis commos-
dam re minima reddidi. Nec dubito me oppositum fa-
cturum fuisse, si contumelys, aut verberibus illâ peruin-
cere voluissem. S E N. Nunquam in iram in tanto tem-
pore prorupistis? B R A. Nunquam. S E N. Quid ages
res si tuos nummos expenderet, tuaq; bona dilapidaret?
B R A. Imò ingenuè tibi dicam: primus illis mensibus à
nuptijs claves cubicolorum quorūdam seruabam, in quib-
us pauca illa pecuniola quam habebam, & alia quæ-
dam domestica bona aurea & argentea condebantur,
quoad eius mores occultè expertus essem. Sed postquam
mihi filios peperit, quod statim post nonum mensem aca-
cidere nosti, vniuersis bonis meis sumptis, & tota illa pe-
cuniola

cuniola quam habebam, omnia illi præsentavi, & in eius ditionem dedi, his verbis vsus: Cassandra soror, hæc tua sunt, & natorum tuorum: si placet expendas atque profundas, tibi enim filysq; profundes. Si parca eris, tibi, filysq; parces, nunc enim peperisti, & iterum plena es: quantum in me sit, vel parca sis vel prodiga, nihil refert: mihi enim vel hic, vel alibi nihil unquam defuturum est: sed tibi, filysq; tuis deesse posset si immatura morte præuenirer. S E N . Expedit' ne quantum lubet, & omnes mulierum cupiditates explet: BRA. Ter aut quæ ter occultè obseruavi, magis parca est quam optarem, qui me apte natura liberalis sum. S E N . O te felicissimum, qui adeò secundum vota vxorem instituisti. O dignum & sanctum consortium, BRA. Hoc est quod semper optavi, quietè, pacifice, & hilari mente vitam duceare, & cuius gratia tales mores institui, quamvis à principio ab amicis quibusdam admonitus essem, ne mihi fæ moralia (vt vulgari adagio fertur) ab uxore imponis fieri, sed ea iurgijs & verberibus subiectam redderem. Quem morem semper despaxi, tanquam nebulonum & indignorum hominum improborumq; putans. Etenim ingenuum existimo, nobile, ac penè diuinum, beneficj potius & blanditys uxorem sibi benevolam reddere quam minis. S E N . Deinceps & ego experiri incipiam nunquid meam mitiorem reddere possim. BRA. Id despicies, quamvis difficultatum sit contractas rugas serico panno adimere. S E N . Hæc de xoribus jatis sint. Ad id autem propter quod te vocavi descendamus. BRA. Quid est illud? S E N . Præcedenti anno promis-

sisti, et iureiurando affirmasti, post simplicia medicamenta, ea composita, quorum apud publicos pharmacos polas v̄sus est, examinare: imò et iandiu te cœpisse ea narrabas. Obsecro igitur atq; obtestor, ne promissa rescindas. BRA. Promisi equidem, sed aliquem inuenire oportet, qui promissa obseruet. Diuersa enim sunt promittere, atq; præstare. SEN. Imò apud probos integrōsq; viros, idem planè est promittere et præstare. BRA. Ita certe est, et probus vir nunquam iureiurando affirmare aut negare debet, sed simplicissimis particulis, est, et non, continuè loqui. Quum igitur composita medicamenta examinare promiserim, quando opus erit et tibi lubebit, ita efficiam, ut tu voti composfas, et ego promissa non rescindam. Oro autem, ne in præsentí me impediās cœnam petentem, et ingenti fame oppresa sum. SEN. Et ego apud te cœnabo, ne alia occasione data laborem subterfugias, et apprimè opto hac die nos tatu digna felici omne incipiamus. BRA. Quid prohibet deposita ueste, cum domi sumus iam incipere? SEN. Omnia composita medicamenta quæ in officinis habemus una scheda secundum hunc ordinem descripsi, ut omnes syrapi simul essent, omnia eclegmata simul, omnia vnguenta simul, et eundem ordinem in cæteris seruo. BRA. In his disponendis ordinem' ne seruas? ut syrapi frigi vno ordine, et calidi alio disponantur? SEN. Nullum ordinem seruauit, sed ut mihi offerebatur disposita sunt. BRA. Erit igitur idem ordo qualis in simplis eibus fuit. SEN. Talis planè. BRA. Quæ autem series inter composita alias antecedit? SEN. Primam se- riem

S Y R V P O R V M

15.

riem Syrupis dedi, & inter illos, is qui de corticibus citri nuncupatur, primum locum obtinet. B R A . De his rebus tractatur id in primis admonere volo, cum in his compositis de simplicibus sermo erit, ad ea recurrere oportet, quæ in examine simplicium scripta reliquimus, nisi aliqua sint, quæ incuria eo libro omiserimus, hæc enim isto loco exponemus. Nunc autem syrapi de corticibus citri compositionem enarra. SEN . Ita apud Meas fuerè legitur: Recipe corticum pomorum citri recentium libram vnam, in quinq^u libras aquæ fontium buliant ad consumptionem duarum partium, & cum una Zuchari libra fiat syrupus, & cum quatuor musci grana condiantur. Nec defunt qui in Iuleb projiciunt ex corticibus citrorum partes conuenientes, & propriæ quando vicinatur complexioni cocturæ eius, & est delectabilis, & quando submergitur in aqua decoctionis citri seta tincta ex chesmes, tunc est excellentior. Hæc Meas fues, hunc syrupum describens. B R A . Imò & alij oīnes hoc modo describunt. S E N . Reperitur' ne apud antiquos hic syrupus: BRA. Nusquam inuenire licuit: Syrupis imò paucissimas huius generis potiones antiqui scriptis mandarunt, & paucissimis utebantur. S E N . Ergo sy= ruporum mos antiquus non est. B R A . Non more nostro: quoniam apud antiquos oxymel, hydromel, ptisana, & quædam alia non multa inueniuntur: nec in diluculo propinabantur ut nunc fit, sed in febrium ardoris bus pro siti sedanda, & ad aperiendum qualibet hora diei, cum opus esset. S E N . Mirum mihi videtur antiquiores concoctricibus potionibus usos non esse. BRA

Imò maxime vñi sunt, & plerunq; Galenus concoquit
melicratum ex hyssopo, hydromel & oxymel tribuens.
SEN. Arbitrabar id nomen syrups Græcum esse, &
ex antiquissimis authoribus sumptum. B R A. Græcum
certe est, & à Græca lingua deflexum, & potius syno-
pus, quām syrups proferendum esset: vnde Græci su-
cum ὑπὸ vocant. fiunt autem potissimum ex succis syno-
pi, vñus autem fecit, ut syrups dicerentur: quamvis Hera-
molaus à Syria dictos putet, & alijs à σύρῳ, quod est tra-
ho, & ὄπιος succus. S E N. Non possum aliqua ratione
arbitrari antiquos Græcos non habuisse syrups. B R A.
Potiones habebant, sed quæ potius vinum, quām aquam
reciperent. S E N. Non' ne aliquibus nominibus eas ap-
pellabant? B R A. Quis hoc ignorat? nam πεπομπαί, &
πεπομπαται appellabant, nos præptionem, & proprie-
tates Latine interpretari possumus. longe autem à
& propriis syrups quibus nunc utimur absunt. Quippe Aëtius cas-
atio anz pite centesimo vigesimo quinto, libso. X I I I. potiones
iquorū. ex melle & vino confectas πεπομπαται peculiariter ap-
pellari tradit. Et Alexander Trallianus lib. I I I. capi.
XLIII. (alijs locis omissis) propomata facit ex aniso,
apio, althæa, absinthio, malis medicis, mastiche ad col-
li dolorem repellendum, pro hydrope autem capite
XXXI. propoma ex absinthio, cassia, id est nostravos-
cata canella, spica nardi, & apio componit. Quæ potio-
nes nostrorum syrporum naturam sapere videtur. Sed
in vino potissimum parabant, & ex melle, quia illis nos-
trum saccharum deerat. Quandoq; tamen idem Tral-
lianus in inflammatione iocineris, potiones ex aqua per
deco

decoctionem tribuit, quæ recentium syrupoꝝ vice funguntur, ut ex afy decoctione, quæ potionum genera Græci απόζεμα vocant. est autem capite. XV. tertiy lib. απόζεμα ex quibus certè habetur his potionibus humores concoxiſſe: & per potiones etiam capite. XXVIII. concoquit, & capite. XXIX. Quid autem opus est loca adducere? quippe conſtat cōcoctricibus potionibus totum Trallianum ſcatere, licet alterius compositionis, & modi ſint, quām hic, quas nos syrupos vocamus, tamen in eundem finem facit & pro concoquenda materia. Nec turberis quòd aliás dixerim calorem naturalem eum esse qui materiam verè concoquit, nunc autem hoc munus Syrupis attribuam, quia ita eſſe coſtat ſolum calorem naturalem verè cōcoquere, Scyrupos autem ideo concoquere quia naturalem calorem augent, ideo in syruporum genere p̄fertim recentiorum multi ſunt qui tantum alterant, & non digerunt, quia nec naturalem calorem augent, nec illi opem preſtant, ſed vel ſolum inſfrigidant, vel alia qualitate corpus afficiunt: ea autem apud Galenū potiſſimē concoquunt quæ humores extenuant, propterea. XXIIII. Aphoris. primi libri Galenū humores extenuat quos vult purgare Melicratō ex hyſſopo, vel origano, vel tragoorigano vel thymo, vel pulegio, quæ ab eodem authore in lib. Quos oporteat purgare, quo tempore, & quibus medicamentis, referuntur. S E N. Quomodo interpretari potest id vocabulum απόζεμα? BRA. Defrutum ſeu deferuefactum à ferueo, erant autem ex herbis vel radicibus decocita, quæ frequenter post catapotia exhibebant. Imò &

apud Paulum Eginetam multæ potiones reperiuntur,
quibus humores concoquebat: & apud Aëtium, imò &
ante hos Oribasius Sardus, q̄ penè diuinus creditus est,
ut illo versiculo circumfertur, ἀξιούσειν τὸν Θεόν
στοχόν, hoc est Dignus honore Deum Dius Oribasius. 3. li
bro potionē scribit, quæ vim concoquendi habent, &
quæ à Græcis nōdūcuntur, & ὡφελιμα, id est suauia, & utilia
nūcupantur. Galenus præterea aquam hordei, mulsum,
oxymel, & ante ipsum Hippocrates ægris propina-
runt: constatq; apud Dioscoridem & Galenum plura
vinorum genera fictitia quibus ægri uteretur, quæ vim
nostrorum syrporum habere certum est. Ex his igitur
inferendum putamus aduersus quosdam recentes scien-
tos, qui syrporum usus demunt, Antiquiores authores
multa habuisse syrups nostris proportionata, licet syru-
pis nostris non uterentur, nec componere scirent, illis taz-
men materias concoquebant: nam & extenuabant, &
vias parabāt ubi opus erat. Si autem voluerim per Hip-
pocratis, Galeni, Pauli, Aëty, Sorani, (si is liber Sorani
sit qui publicè circumfertur) Tralliani, Aurelianii, Celsi
loca edocere Antiquos potionibus concoquentibus usos
esse, ex solis Authorum sententijs liber in iustum vo-
lumen cresceret, & institutum nostrum omittere oport-
eret. SEN. Satius duco syrpos trutina perpendiculari-
re, & uno verbo contentos esse, Antiquiores mora-
borum materias potionibus concoxisse. Dic autem,
hic syrpus de corticibus citri iam citatus, conuenit' ne,
an quicquam illi addi oportet? BRAZAVOLVS.
Præter ea quæ à Mesue dicuntur, valet etiam ad ces-
rebri,

reibri, & cordis affectus frigidos, & ad omnes p= tuitos sas cæritudines: ad has enim intemperies hoc sy= rupo frequentissimè vtor. Quippe mihi institui ab initio & prodesse cæbris, & placere. S E N. Ideo optimos poëtas imitaris, qui simul & prodesse vos lunt, & delectare. B R A. Imò & optimos media cos imitari studeo, qui ea sectantur, quæ ab Hip= pocrate in Aphorismorum libro edocentur, vbi ius= bet cæro Paulò deteriorem cibum exhibendum esse, modo suauior sit. Ventriculus enim illum amplecti= tar, & melius concoquit, quam insuauorem & me= liorem. Mihi enim illi medici semper displicuere, qui adeò feuerè suos cæros tractant tanquam Tyranni, vbi mitioribus & suauioribus rebus sanare possunt: quamquam & nimis indulgentes etiam accusem, qui omnia concedunt, huic communi sententiæ innixi= Quantitas nocet, non qualitas. S E N. Si possibi= le esset, omnia ad exactam regulam, id est mediocrita= tem ducere oporteret. Sed cum fieri non possit, ple= runq; cæbris (cùm sine periculo est) indulgere cons= uenit. Nos autem ad prædictum syrum reuertas= mur. B R A S A V O L V S. Ut lubet, pro citri corticibus quid sumendum sit, disputatum est, an ci= tri extima pars, id est ultimus ille cortex luteus, vel simul caro illa alba, quæ post corticem sequitur. Si cortex ille extremus sumatur, calidior est syru= pus: nos autem totum id sumere consueuimus à luteo cortice usq; ad succum. Ego potius laudarem vt extre= mus cortex cum aliqua carnis parte, ad quantitatem

EXAMEN

Semipolicis sumeretur. Quibus citrea poma desunt, hi ex limonum corticibus parare possunt, quamvis nulla virtus in his corticibus in coquendo relinquatur, vel sat tem paucā: propterea limonum cortices non conduntur. Si quis autem condire tentet, nullus sapor vel odor aut paucissimus relinquitur, demptis paruis limonibus, qui supra citra inserti sunt. Hi enim et dulcem succum, et corticem citri corticibus affinem habēt. Potest etiam hic syrups ex aranciorum corticibus fieri, tamen insuaves sunt illi cortices, quia amaritudinem habent gusstui ingratam, quae adhæret ventriculo, tamen illi cons fert si potui detur. Cūm hic syrups deest, plerūq; citrorum conditura vtor, quae corticum citrorum vires maximè suscepit. Id autem quod à Mesue dicitur (et sunt qui in iuleb procyunt ex corticibus citrorum partes conuenientes) tres sensus habere potest, Vnus est vdoceat, syrump de corticibus citri hoc modo fieri posse, Cum iuleb fit, et prope cocturam suam peruererit nam (vt suo loco ostendemus) particularem cocturam exigit, in ipsum citrorum cortices pone, et ad cocturæ fine bullire sinas, Tunc syrups de corticibus citri (præter modum iam edocētum) perfectus est. Secundus modus, qui sententiæ Mesue applicatur est, vt ad primi syrupi modum, quando prope cocturam accedit citrorum cortices addantur, quantitati iuleb, id est iam syrapi pæfctionem accipere volentis, pro ratione tamen, vt non sit plus quam oporteat, nec minus. Etenim in decoctione quinq; librarum aquæ libra corticum sit, et viginti vnciae relictæ sint, et una zuchari libra addita sit, quæ ad

ad spissitudinem facit: duæ vnciæ e corticum citrorum sumantur, ut syrupo vis fortior reddatur, quoniam ex longa ebullitione priores cortices vires aliquas amississe videntur. Itaque cor, cerebrum, et ventriculum vehementius iuuabit. Nec te lateat quod hoc nomine Iuleb ipsum syrupum intelligit, ut pluribus etiam locis videre licebit. Tertium sensum omnes ferè phari macropolæ sequuntur, ut non legant corticum citrorum, sed cidoniorum, quod re ipsa quidem conuenit, tamen nec ab re est, citrorum legere, et non cidoniorum, quandoquidem ex citris quocunq; anni tempore fieri possit, ex cotoneis, non nisi statutis, nisi quis siccis cortices seruet, tunc autem vires amittunt. Imò et annis superioribus citra sola hyeme ad nos ferebantur, nunc nullum est anni tempus, quo cista desint, imò et incorrupta seruantur, et Italia nunc citreta habet amoenissima pluribus locis opere topiario disposita, fundis mirè consita sunt. Et apud Anxures et Formias. Anxur, quæ à viarū asperitate nomen sortita est secundum recentes, tamen secundum antiquos Anxur dictum est quod ibi Iuppiter imberbis coleret: quasi ævum egypti, id est sine nouacula, nunc vulgo dicitur Terracina. Formiae autem molla prope Caietam in via Appia spatio tribus millibus passuum plus minus. SEN. Multi sunt pharmacopolæ qui cidoniorum cortices in ultima coctura accipiunt, aly citrorum. Quibus inhæretur: B R A S A. Hoc nihil refert, quoniam hic syrupus à Mesue sine his paratur: Denique addit aliquos esse, qui prædictos cortices addere voluerunt, propterea quoscumq; cortices sumere, non magnificerem. Id tamen

summè optarem, ut duo syrapi ex corticibus citri para
rentur: Vnus, qui hos cortices recipere p aliquot dies
ex aqua maceratos pro effeminatis & delicioribus
viris. Alius ex cortice non macerato, pro his qui ama
ra potare non verentur: Nam si hic cortex sine mace
ratione ebulliat, extremam quandam amarulentiam in
decoctione relinquit, quæ tamen huic syrupo efficaz
iores vires præstat, vel primum ex maceratis corti
cibus dimittas, & citrorum conditorum condimento,
illius loco vtaris. Hic etiam syrups delectabilior effi
cietur, si in Iuleb ferè decoctum, cortices ponuntur:
Nam zucharum ita densatum amaritudinem in ipsum
imprimi non sinit, & ita delectabilior efficietur, sed
minus efficax. S E N. In his tuis prædictis, non ad
erit muscus, nec seta tincta in chermes. BRASAVO.
Imò ut plurimum ex mosco componunt. An verò seta
illa in chermes tincta poni debeat, non magnificioz
quia nec Mesue dicit eam setam necessariò in huius sy
rapi decoctionem ingredi: Imò inquit perfectiorem es
se. Quod an verum sit ambigimus. S E N. Quid sit mu
scus abs te discere cupio: de eo enim in simplicium exas
mine tractare oblii sumus. BRASAVOLVS. Quæ
de nostro vocato mosco his oculis hausi, ea audacter
enarrare tentabimus. Antiqui, hoc est Hippocrates, Dio
scorides, Galenus, & Plinius Galeno antiquior, & for
tè in his perquirendis accuratior, nusquam de mosco lo
cuti sunt: Inteligo autem de nostro vocato mosco odo
rato, quia muscum herbam & marinum muscum ad una
quem pertractarunt: De mosco autem vel moscato nihil
vnquam

unquam apud hos inuenire licuit: Græci autem posteriores ut Aëtius, et Paulus, musci quidem vel mosci meminerunt, quid autem sit non exponunt, sed apud ipsos in compositionibus quibusdam mixtus inuenitur, ut apud Aëtium legere potes libro. XVI. capite. C X V I . et deinceps in omnibus compositionibus quas moscatas appellat, quia moscum recipiunt, in ipsis mixtum inuenies. S E N . Quomodo profundum est muscus vel moschus? B R A S A V O L V S . Nos muscum et muscatum dicimus, et apud Plinium muscus herba in Cyrenaica prouincia odorata nascitur. Græci posteriores moscum appellant, Mauretani Misch. Non est mihi curæ quomodocunq; nunc cupetur, vel cum aspiratione, vel sine aspiratione scribatur, quoniam nulli sunt probati authores qui de eo loquantur: Suaderem tamen quòd posteriores Græcos imitaremur, Moschum dicentes. Quod nomen hinc nonnulli dictum putant, quia Græci animal hoc ex quo moschus colligitur, vitulorum colorē habere iudicarunt, quos μόχος et μοχάγια appellant. Alij inquiunt ita appellari, quia Græci primos stolones μόχος vocant. Moschus autem odoratus, est tanquam in eo animante stolo. Quicquid, tamen sit, cum Misch Afrum nomen esse nouerim, et in Africa potissimum hæc animalia nascantur, arbitror à Misch moschum recentes Græcos deflexisse, fit autem hoc modo: Animal est (quod Alphonius illustrissi. Ferrarie Dux quandoque in deliciis habuit in sua Padana insula quæ Alcinoi hortos

æquat) in Ægypto, & pluribus Africæ locis in colore
ceruo simile, dorcade aut capreolo paulò maius, &
nonnunquam æquale. in figura capreolo simile, vngues
multifidos habens ut capreolus, agile valde, & velocissi-
simè currens, quod incolæ gazellam appellant, Nos cas-
pream vel dorcadem peregrinam nuncupare possumus:
quamvis nonnulli voluerint, diuersum animal à gazel-
la esse, id in quo nascitur moschus. Quicquid tamen sit,
quia de incertis nominibus cura esse non debet, illis in-
hæremus qui ex illis partibus proficiuentes gazellam
appellarci dicunt. Venetys mercatores vidimus qui Illuz
strissimo Alphonso Duci Ferrariæ gazellam vendere
cupiebant, moschum in folliculo habentem: Quippe in
hoc animante superfluus sanguis circa umbilici partes
colligitur, qui sanguis primò fœtet, deinde paulatim
maturatur, quo usq; ad suppurationem perueniat, &
magis ac magis continuò redolet: Inest autem his beluis
naturalis instinctus, cum huius abscessus maturitatem
persentiunt, lapidibus atq; arboribus tumorem confri-
cant, quoad duram pellem extenuantes pus exeat, quod
odoratissimum est: hoc incolæ colligunt, & est moschus
odoratissimus qui sponte fit, & vi ab animali non demi-
tur: Tamen si in ea ultima maturitate ab animali sume-
retur eandem ferè perfectionem haberet. Qui autem col-
ligunt, folliculos ex alys gazellis abreptos habent quos
implent hoc perfecto pure, antequam maturuerit graue-
olet. Venetys Gazellæ folliculum odorare volui cum
esset animali iunctus, omnino grauem odorem habebat,
quia nondum ad maturitatem peruererat. Si autem acci-
dat

dat ab animali auferri antequam abscessus concoctus sit
ut auferri debeat cōcoquitur quidem, sed ineptius olet.
Ad nos perfectus in copia non affertur, sed folliculi so-
lum vi ab animali abrepti, ex orientalibus et occiden-
talibus partibus ad nos comportatur: perfectior est ex
oriente allatus, præsertim ex illis partibus in quibus nar-
dus, et odoratæ herbæ nascuntur. Si folliculus ab ani-
mali dematur, ad moschum progignendum deinceps
aptum non est. At si sponte sua exeat in maturitate con-
fricando, tunc iterū atq; s̄epius moschum facit. Eiusmo-
di animalia moschum quidem maturant apud nos si ha-
buerint quando conuehuntur, illa etenim sanies ad co-
cturam venit, tamen iterum non emitit pus, aut ineptè
emittit. Quod ratione cœli, aeris, et earum rerum qui-
bus viuit euenire arbitror. Nec aliud excogitare pos-
sum quam tumorem illum, præter naturam toties repeti-
tum materiam esse, quæ naturaliter in eo animante per
illam viam per modum crisis expellatur. Sicut in multis
alys menstrua sunt: nec id animal diu viuere posse nisi ita
expurgetur, propterea in nostro cœlo breui expirat.
Nunc in mentem venit, q; odoratissimū moschum Venet-
ijs viderim, subnigrum, quem mercatar quidam habet
et ex provincia Cathai se attulisse fatebatur, iter
non ineptum sibi fingens per mare Euxinum, Colchum,
Ibericham, Albaniam, quo ad in Scythiam peruererit:
Est enim Cathai regio scythiæ extra Imaum pars.
Nec mirum videatur, quoniam eo loco regio est à Pto-
lomæo undecima Asiæ tabula Randamarcistra nuncus-
pata, in qua nardus abundat, et quam Setus fluens

alluit: Incolæ regionem, vbi optimus moschus nascitur, Ergimul vocant, particularem verò urbem, Singui. S E N. Mirum est quomodo pus adeo redolere possit. B R A S A. Non mirum, quia omnibus non redolet, imò aliquibus ita displicet, vt noceat, aly odorantes capitis dolorem incurrint, aly attonitum morbum, Mulieres præfocationem vteri. Nobis humanum sterlus mirè displicet, non solum ob odorem, sed & visu, tamen canes & gallinæ eo vescuntur, tanquam re odoratissima, quia eorum odoratus à nostro longè diuersus est, & multa brutis sapiunt, quæ nobis amara videntur: ideo non mirum si hominibus id, quod pus est alterius animantis, redoleat, cum in maturitatem peruererit.

S E N. Nunquam deinceps hoc pure in condimentis utar. B R A S A. Multa dimittere oporteret, si vnde veniant, & quid sint considerentur: quæ tamen optima opsonia sunt, vel ex ijs saltem optima parantur: sed quod intrat per os non coquinat hominem, iuxta Christi sp̄sitoris sententiam. Si harum rerum rationem habere volueris, nunquam pinguis fies. S E N. Dicas, qua qualitate moschus insigniatur. Calidum esse nemo dubitat, & etiam caliditate insigni, quod sanguinis concoctio indicare potest, præter experientiam, quæ rerum magistra est. Si enim corpori nostro applicatur, manifestissimè calefacit. B R A S A. Varias & diuersas partes habere facile deprehendi potest. Quòd siccitatem habeat, ex eo videtur, quia si corpori nostro applicetur exiccat, & præterea odor in sicco fundatur, ut Aristoteles in Meteoris, & in libris de Anima docet.

cet. habet præterea suavitatem annexam, qua multorum capita agrauantur & replentur. Auicenna calidum & siccum esse in secundo ordine iudicauit. Nos autem ab eo multas partes humidas non remouemus, & humiditas eius multum crassa est. Additq; Auicenna citrinum, id est luteum cæteris perfectiorem esse. Nos autem huius coloris moschum nunquam vidimus, nisi per citrinum ferrugineum colorem habentem intelligat. Hæc de moschi generatione & qualitatibus.

S E N . Post moschum quid granum sit apud antiquos scire percupio, ne errem in moschi pondere, quod grana quatuor esse debet: video autem aliquos filique semen, alios triticum, alios hordeum sumere. B R A S A . Ne sis mihi in hac re molestus, quoniam de ponderibus aliâs seorsum tractabimus, rem optimè ostendentes, non ex aliorum scriptis, sed ad oculos: quia nobis institutum est, potius sensibus loqui, quam aliorum scripta imitari, præsertim vbi ex antiquis sensatæ rationes habentur.

S E N . Magnam moschi copiam singulis annis iunioribus vendo, ad venerem excitandam. B R A S A . Id mirè facit, si cum oleo cicino quod vos de Kerua appellatis, componatur: immò si virile membrum eo vngatur, adeò mulieres in Venerem proritat, vt varys & inustatis motibus clunes moueant. Id faciunt qui in sui gratiam & amorem mulieres ducere cupiunt: quod indicium est calidum atque siccum esse: eius etiam odore vterus mirè trahitur, propterea eius usus in pessarys maximus est, præsertim in vteri strangulatu. S E N . Ingreditur & hanc compositionem seta in chermes

Moschus
ad vene-
rem exci-
tat.

tincta. B R A. Id ex duabus causis factum Arabes putant. Primo, quia setam confortare cor arbitrantur, ut Serapio capite. XXVIII. Aggregationis, & Auicenna in libello de viribus cordis scriptum reliquere. Secundo, putant chermes, & ipsum cordis confortatium esse, & setam calidam & siccam cum temperamento. S E N.

Es' ne tu alterius sententiæ? B R A S A. In hac re quic
Seta. quid senserim enodare tentabo. De seta in primis ser-

monem faciens, quam antiqui sericum appellant. In Italia antiquiori tempore non nascebatur: nunc passim habetur: & omnes Ferrarienses mulieres ferè eius na-

tales norunt & artificium. Vnum tamen est quo mo-

ueor ut non possim nostram vocatam setam sericum ap-

Sericum. pellare: quia sericum ex arbore depeccitur apud Seres.

Seres. Sunt autem Seres populi in Scythia extra Imaum mon-

tem, ut Ptolemæus. XI. Asiæ tabula docet: in quo loco

sericum nasci capi. X V I I . 6. libro. Plinius scribit, in-

quiēs: Seres, lanicio syluarum nobiles, perfusam aqua

depeccentes frondium canitiem: vnde geminus fœminis

nostris labor, redordiendi fili, rursumq; texendi: Tam

multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in pu-

blico matrona transluceat. Seres mites quidem, sed &

ipso feris persimiles, cœtum reliquorum mortalium fu-

giunt, cum commercia expetant. Hactenus Plinius. Ex

quibus colligere licet supra arbores, & arborum folia

sericum nasci, & à vermiculo non fieri. Alias autem

arbitratus sum, vermes supra arbores suapte natura

ascendere, ibi q; & depasci, & sericum facere: at supra

folia fieri planè constat. Hos populos Ptolemæus Sericos

appellat,

appellat, ubi Serici montes sunt: quamuis Plinius Serices vocet. Sericum nunquam vidimus quod sciamus, tamen Scythicas vestes, mappasq; Scythicas, & sudarioq; la obseruauimus, quæ ex alia materia esse quām sit nostra seta comperimus. Cum Plinio Virgilius est, inq; quiens: Velleraq; vt folys depestant tenuia Seres. & Ausonius in singulari Ser dicit, in plurali Seres. Quod præcitato Virgili loco Serius animaduertit: est autem Ausony carmen, Iam pelago volitat mercator vestis fluus. SEN. Ex his igitur constat Antiquorum seris cum nostrum non esse, quia ipsi è folys lanuginem quangdam aqua depecebant, deinde filabant, vt deniq; telas contexerent. Sed de quo miror Pausanias est, qui non vult sericum dici eo quod apud Seres nascatur, sed potius Seres à serico denominationem habere. Nam Ser est (vt inquit) nomen vermiculi qui sericum facit, à quo & sericum & Seres denominantur. Quod an verum sit, non reperio: imo oppositum constat, vt Solinus capite. LVIII. testatur, idem ferè cum Plinio scribens. Inquit enim: In tractu eius oræ, quæ spectat æstuum orientem ultra inhumanos Scythes, primos hominum Seres cognoscimus, qui aquarum aspergine mundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt, liquoris & lanuginis teneram subtilitatem more domant ad obsequium: hoc illud est sericum in usum publicum damno seueritatis admissum, & quo ostentare potius corpora, quām vestire, primò fœminis, nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido. Et reliqua de earum gentium moribus, quæ & Plinius &

ipse referunt. Ex quibus habetur, arboris lanam potius
esse sericū, quam nostra à vermiculo facta seta: quam
uis serici nomen ad omnes arbores lanigeras vñjurpe-
mus. Constat equidem apud alias plures gentes, præ-
ter series lanigeras arbores inueniri. Omnis autem eius
generis lanugo sericum dicitur, quia ea quæ apud Seres
nascitur cæteris perfectior est, vnde per excellentiam
alicæ lanugines sericum appellantur, tamen & suo par-
ticulari nomine insignita sunt. Plinius cap. XI. lib. XII.
in Persia Gospinos arbores appellat, qui circa frutis
cem lanuginem habent, ex quibus linteæ fiunt Indicis
præstantiora. In Arabia præterea Cyna arbor reperi-
tur, ex qua vestes fiunt: & Insula ejt in Persia, quam
Plinius capite. X. lib. XII. Tylus vocat, in qua arbor
est cucurbitam faciens cotonei mali amplitudine, quæ
maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilos, ex quibus
vestes pretioso linteo faciunt. Hæc omnia à nobis sea-
rica nuncupantur: quamvis Plinius dicat has arbores
lanigeras esse alio modo quam serum. Si autem rem
interius contemplari voluerimus, ex his telæ fiunt quæ
à nobis bombycinæ appellantur: Nos etenim herbam
habemus, ex qua bombycinæ vestes ita à nobis vocatæ
fiunt, quas Latine Gospinas dicere possumus. Ea au-
tem lana ab aliquibus inter lina numeratur, vnde xylia-
na dicuntur: quamvis ab alijs inter lanas esse indicen-
tur. Plinius inter lini genera xylon numeravit, vnde
xylina lina. Adde quod capite primo lib. XIX. etiam
Gospium vocat. Nos omnia ea, quæ ex arbore, vel
herba nascuntur, potius inter lina numerare suademos,
quæ

quæ autem ex animalibus inter lanas : quamvis inter
hæc etiam non multum discriminis facere, nec cum alio,
qui secus dixerit, digladiari voluerim. Sunt verò qui
contenderint Seres idem sericum habere, quod apud
nos est, & illud vermiculos facere, nec supra folia nosci,
cuius sententiæ Volateranus est, cui non solum non assentimus, sed de eo miramur, qui Plinium quem non
rectè intelligit, reprehendit : nanque dicit non nasci sua
praefolia, nisi illuc vermiculi scanderint. Sumit autem
argumentum Volateranus ex Virgilio secundo Geor-
giorum suprà citato, dicente, Velleraq; ut folijs depe-
ctant tenuia Seres. Addit Pausaniae authoritatem in fine
sexti libri dicetem, σὺς appellari vermiculum, id est
ser, quo sericum fit, vnde Seres populi apud Indos,
quoad his potissimum abundant. Addit & Procopij sen-
tentiam de serico in Europam adiecto, hoc autem est primo libro belli Persici, vbi inquit : Ad Iustinianum
principem duos monachos eius semen (ego potius
oua, quam semen nuncuparem) ex Serinda Indiæ ci-
uitate Constantinopolin attulisse : ex coq; deinde sub
fimo posito Paulatim vermiculos emersisse, qui mori
folijs enutriti sericum fecere. Inde transfusum est per
reliquam Europam. Ut autem Volaterani senten-
tiam magis affirmemus ea addam, quæ à Diuo Ambro-
sio capite. XXIII. quinti Hexemerōn dicuntur, vbi
inquit : Et quia de volatilibus dicimus, non putamus
alienum ea complecti, quæ de verme Indico tradit
historia, vel eorum relatio qui videre potuerunt, for-
te hic corniger vermis conuerti primum in speciem

of volates

Procopius
generis
europæ

Diuus Am-

caulis utq; in eam mutari naturam in processu quodam
 fieri bombilis, nec eam tamen formam figuramq; custo^{dit}, sed laxis, & latioribus folys videtur pennas assu-
 mere. Huc accedit pro Volaterano Seruij testimonium,
 qui secundo Georgic. inquit. Apud Indos & seres sunt
 quidam in arboribus vermes, qui bombices appellantur,
 qui in aranearium morem fila tenuissima deducunt,
 vnde est sericum: nam lanam arboream accipere non
 possumus, quæ ubiq; procreatur. ex quo Seruij testi-
 monio sumi potest, apud Seres vermiculos esse, qui bom-
 bices dicuntur, sericum facientes: & non ejc; lanam suam
 pra arbores, quia hæc ubiq; habetur. Accedit in hunc
 cumulum, quod aqua calida sericum nostrum deduci-
 tur. Nec prætermittamus Suidæ testimonium, qui
 idem refert quod à Procopio dictum est, duos peregrini
 nos seniores vel presbyteros, non autem Monachos,
 vt Procopyj interpres retulit, & etiam à Volateras
 no refertur: quanquam non dubitem Iustiniani tem-
 pore monachos fuisse, hi ad Iustinianum detulere.
 Suidæ autem verba (ne forte desideres) hæc sunt
 σῆμες εὐαστούς, εὐθαλέων ταξιδίων, οὐδὲ σημειών των επι-
 μετάξεων φωτισμένων λεγοντων, καὶ σήρε, δι σηρός, σκώληκε. ση-
 ρική, ὅτις η μεταξέ εστιν, εξ ης εἰώθεσαν τὴν εὐθυταξίαν
 ξεστων πασχαλικέναις λαχνίναις μηδικήν εκαλσυν. ταῦ διενυνθ-
 γικήν ονομάζουσιν, ἐπι μετουσιν κανού προσ αἰει οπας πρεσ-
 βευνοντων φωμαῖς, ὅπωσ οἱ αἰειοπες ιώνευμενοι τὴν μετα-
 ξαν εἰνδιάν, ἀποδιόμεναι δέ ἀντηνέσ φωμαῖν αὐτοῖς μετ-
 κυργοῖς γενονται, μεγάλου χρημάτων φωμαῖν δετοῦ το ποιε-
 οσσωσι κερδανει μόνιν, ὅτι δικόνεται αναγκασθήσονται το
 σφετερακαντογχειματικές τους πολεμους μετενεγκεν, ησα
 σηρι

S Y R V P O R V M

33.

σάγικον υἱαῖς, οὐδὲ σημικαὶ μετὰ τια. Quem si interpretari voluerimus, hæc dicit: Seres gens, apud quam ea, quæ vulgo à nostris seta dicitur à Græcis mea taxæ, gignitur: vnde & serica dicuntur, quæ sunt ex seta contexta: & ser seris vermiculus. Sericum idem ast quod metaxa, id est seta ex quo consueuerunt vestem conficeret: quam olim Græci medicam vocabant: nunc sericam dicunt. Tempore Iustiniani imperatoris Romani ad Ethiopas legationem miserunt: ut Ethiopæ ementes sericum ab Indis & id per manus tradentes Romanis: Ipsa quidem magnam pecuniarum vim compararent: Romani verò hoc vnum lucrificerent: ne coagerentur in hostes suam pecuniam transfundere: hinc dicitur & filum sericum & sericum vestimentum. Nos autem ab his dissentire cogimur, quicunq; hi sint qui Plinio aduersari volūt, quippe scimus sericum apud Seres in arborum folijs nasci, tanquam lanugo, vt supra cotoz nea mala lanuginem videmus. Ampla autem est, & oblonga apud Seres, vt filari possit: quod non solum ex Plinius testimonio scio, sed viros allocutus sum, qui totam Scythiam peragrarunt, hi referunt supra arborum folia nasci, & ipsa folia reduci. Huc afferam Amiani Marcelini testimoniū, qui libro. XXIII. Idem cum Plinio sentit inquiens, Agunt ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorum expertes, utiq; hominibus sedatis, & placidum est otium voluptabile, nulli finitimorum molestiæ. Cœli apud eos iocunda, salubrisq; temperies, aëris facies munda, leuumq; ventorum commodissimus flatus, & abunde syluae sublucidæ, à quibus arborum fætus aquæ

C

rum asperginibus crebiris velut quædam vellera molliētes ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerimam pectunt, nentesq; subtegmina conficiunt sericum, ad usus antehac nobilium, nunc etiam infmorum: sine villa discretione proficiens. Ipsi præter alias frugalissimis, pacatoris vitæ cultores, vitant reliquorum mortaliū cœtus, cumq; ad coemenda fila vel quædā alia transeunt flumen aduenæ, nulla sermonum vice propositarum rerum pretia solis oculis cestimant, & ita sunt abstinentes apud tradentes genita, nihil ipsi comparant aduentis tium. Ex quibus monifestè colligitur Marcellinum idem cum Plinio sentire, & verè sentire: et autem longè decipi qui aliter sentiant: nam sericum vero lanugo est supra arborum folia concrescens. S E N. Authores tamen, quibus innituntur, despiciendi non sunt. B R A. Non equidem si ab illis intelligerentur. S E N. Volateranus igitur authores non intelligit: B R A. Non lubet supra hanc rem iudicium ferre, fuit equidem vir multæ lectiois Volateranus, sed non multi iudicij, qui non animaduertit alios authores à Plinio aberrare potuisse: nempe difficile est Plinium summum virum taxare, non quia & ipse vir non sit, sed difficile, quia nisi certas, & statutas rationes habeamus, silendum potius est, quam incerta es futire. Ut autem exquisitius recentiorum errores ostendam, qui volunt apud Seres vermiculos esse supra arbores, & non foliorum lanugines, id scire te volo apud antiquiores nostrum sericum bombycem appellari: nam ut Plinius libro. XI. capite. XXII. docet, in Assyria genus est bombycum nidos luto facientium, & ceram longè copiosius

piosius quam apes parientium; hic nō est vermiculus iste
qui nostram setam facit, sed erucæ genus est. Deinde ad
dit esse aliam originem huius vermis; nam habet duo ve
luti cornua, nec is est qui nostram setam faciat. Postea
inquit: fit bōbilis, ex quo necydalus, ex hoc in sex mens
ibus bombyces telas aranearum more texūt ad vestem,
ad luxum virorum ac fœminarum, quæ bombycina ap
bellatur; hic est ille vermiculus, cuius oua inter mammas
nostræ mulieres fouent, & vermiculi nascuntur setifici
passim per totam Italiam nunc, de quo elegantissime Hie
ronymus Vidas Mantuanus cecinit. S E N . Igitur nos
stra seta apud antiquos bombyx erat. BRA. Erat equi
dem, & Plinius capite. XXII. eiusdem lib. XI. tera
tum genus ponit in Co insula inuentum, quod propriè
ad nos perlatū est in Italiā ex folijs arborum caducis
natum: & hoc est ex quo propriè nostra vocata seta fit:
& quamvis ex cupressi, terebinthi, fraxiniq; folijs nasca
tur, & furfure pascerent, tamen inuentum est temporis
processu morum maximè amare, quamvis & alia quælis
bet folia amet, sed non ita bene setificat, Mulieres Fera
rarienses in primo vere antequam mori folia eruperint
(quia postrema arborum morus germinat, ideo sapien
tissima nuncupatur) suos vermiculos lactuca nutriunt. Ve
hementius nigræ mori folia amat, & propterea si hæc
comederit elegantius sericū, & abudatius facit. Nostra
igitur seta sericū dici nō debet, sed bōbyx, quia ita apud
antiquos appellabatur. SEN. Quid ergo erit, quod vul
go bōbaso dicitur. BRA. Quod ab antiq; gōsopiu voca
batur, ex arboribus vel herbis, Nos cotonū vulgo dictū

habemus: In Creta nascitur ex frutice parvulo fructum similem barbatæ nuci ferentem. In apuleia, & Oenotria etiam frequentissimum habetur, & in Maltha insula prope Siciliam, quam superioribus annis equites Hierosolymitani vel Rhody Rhodo amissa non vi, sed proditione sibi Coloniam elegere. Nos etiam Ferrarie cotonum vidimus, & plantauimus, accollegimus: Quare cotonum nostrum, sericum potius appellandum duco, quam nostram setam, quia omnia linæ (hæc ita nunc appellantur) quæ vel ex arboribus vel herbis initium sunt, potius serica nuncuparem, quam bombycem, si proprium nomen non haberent, tamen habent, quia quod apud Seres nascitur sericum dicitur: quod in Oenotria gosipion. Nostra autem seta ab antiquis bombyx dicta est, à nobis seta, quoniam primi panni ex ea confecti longiores villos in morem setarum habebant: est enim seta quasi sueta in sue pilus. Illud tamen prætermittendum non est, posteriores Græcos hoc nomen sericum, etiā nostræ setæ à vermiculo factæ attribuisse, & ὄγηνον dixisse, quamvis & μέταξαν appellat. SEN. Ea quæ de serico à te enumerata sunt, brevibus collige. BRA. Libenter, cotonum vel bombaso Gosoipum est apud antiquos, nostra seta bombyx: quamvis & recetes Græci ὄγηνον, id est sericum appellant, sed diuersa appellatione, quia antiquum sericum ita nuncupatum est, quia apud Seres fit, in Scythia, id est Tartaria, & inde pulcherrimum ad nos fertur, & pulcherrimas texturas Scythicas obseruani, quæ aliam speciem habebat quam nostra seta faciat. Nostra autem seta dicta est sericum à sete

Sete vermiculo ipsam faciente; ita enim hic vermis in ali
quibus Indiæ partibus nuncapatur. S E N . Vnum est,
quo discrucior, quid scilicet ad eorum virorū authorita
tes dicendum sit, qui oppositum sentire videntur. B R A .
Dicas à recētibus non rectè intelligi. Nā Virgilius pro
nobis est, quando depeclunt tenuia vellera folys: Pausa
nias autem dicit Seres esse Indiæ populos, quamobrem
opus est esse alios Seres in India, quām apud Scythes.
Non defuere tamen qui proceres apud nos appellantur,
dientes Seres in India esse, & Scythiam esse Indiæ par
tem, qui quantum hallucinentur, clarum est Cosmogra
phos considerantibus. Nam Scythiam diuidunt in Scy
thiam extra Imaum montem & Scythiam intra Imaum
montem: Seres & Serica regio sunt in Scythia extra
Imaum montem, cuius termini hi sunt, Ab occasu habet
alterā Scythiam & Sacas, à septentrione terram inco
gnitam Ptolemæo, ab ortu Sericam, à meridie partē In
diæ extra Gangem, similiter Serica à meridie partē In
diæ extra Gangem, ut videre liceat Sericam aliam pro
vinciam ab India esse si in Scythia sit: si autē per se pros
vincia sit, adhuc ab India diuersa est, quia ad Indiam à
meridie terminari dicit à Ptolemæo. adde Indiā trās
Gangem dicitur terminari ad Sericam: nam ab occasu al
teram Indianam habet, & Gangem fluuium: à septen
trione, Scythiam, & Sericam: ab ortu, Sinarū regionem:
à meridie, Indicum pelagus. Propterea, quod à Pausa
nia dicitur, Seres populos esse apud Indos à sere vermi
culo denominatos gétes alias esse, putare oportet, quām
quæ in Serica apud Scythes viuunt: nam in India, maxi

ma nostræ setæ copia est, cuius maximum emporiu in Ca
lechut fit; quamuis & ex Serica regione illuc afferatur.
Vides etiam, quod ex Procopio adducitur esse apud In
dos, non inueniri apud probos authores, aut Serindam,
aut Seres in India: arbitrorq; monachos illos non attulis
se vermiculorum oua, aut ex Serica, aut ex Serinda, sed
potius ex Assyria, vbi maxima est horum vermiculorū
copia, & inde Constantinopolim facillimus est transi
tus. Quod præter rem non est, illos monachos ex Hieru
salem & partibus Syriæ venisse, aut fortè ex Seri regio
ne venere, quæ in tractu est regionis Colchicæ. vel cùm
nostro hoc tēpore in Persia, Eri, sit vrbs ita fortè dicta
corrupto vocabulo quasi Seri, in qua ingentissima est hu
ius setæ copia, adeo ut totus alicuius etiam magne vrbis
populus seta vestiri possit, quæ à vermiculo fit, fortè illi
monachi inde venere. Quod verò additum est ex Diuo
Ambrosio, nihil ad rem, quia de verme Indico sermo
nem habet, non autem de Serica regione. Nos autem fa
temur nostrum vermiculum ex India allatum esse, aut ex
Eri parte Persiæ in regione quæ Chorazani nunc dicis
tur: quamuis & ex Colcho, & ex Tyro, & ex tota Af
syria potuisse Constantinopolim à monachis, aut senio
ribus quibusdam ferri. Serui autem testimonium satisvi
deretur, nisi maior esset Plinij, Marcellini, Solini, ac
Melæ authoritas, & etiam veritas oppugnaret: mirorq;
de ipso qui dixerit, nos lanam arboream accipere non
posse, quæ vbiq; procreatur: quia arborea lana, quæ se
ricum sit, non nisi apud Seres procreatur. SEN. Breui
bus quæ dicta sunt conclude. B R A. Nostra seta apud
antiquos,

antiquos, bombyx est apud posteriores. Sericū, nō quia
dem deductū à Serica regione, sed à sere vermiculo.
Nostrum cotonum vel bombasum gospion est. S E N.
Fertur ne sericum ad nos è Serica regione? BRA. Fer-
tur quidem, et præsertim pulcherrimæ vestes feruntur,
sed à nobis tota eæ pars Tartaria nuncupatur, quamuis
post Ptolemæi tempora, regiones inuentæ sint & poten-
tissimi reges, ac bellicosissimæ gentes post Sericā: quip-
pe inuenta sunt, Tagus, Tholonia, Chairam, Cathay, &
multa alia illis antiquioribus ignota, è quibus pulcherri-
ma serica veniūt. Habet igitur quid sericum sit, & quod
nostra seta non sit verè sericum. An modò seta nostra ca-
lida sit, & cor confortet, inquirendum est, quod per du-
os tramites agere tentabimus. Primus est, via regia, id est
experientia ipsa rerū magistra, ex qua manifestè depre-
henditur setam siccām esse, sed an calida sit facilè depre-
hendi non potest. Alia via est ex causis rerū sumpta, na-
turam horum vermium considerantes, & quibus nutriā-
tur. Nutriuntur hi vermes apud nos mori folijs, que sum
mopere amāt, vnde ex horum foliorum qualitate, & ses-
tam esse putamus, quamuis nulla ferè sit herba, qua non
saturentur: Imò Ferrarienses mulieres ante quam mori
germinauerint, lactucæ folijs libenter pascunt: sed opus
sericum totum ex moro est, morus autem frigidam tem-
peraturam habet, ideo & sericum nostrum frigidum es-
se censeo. An verò cor confortet, à nullo authore dicitur,
qui fide dignus sit, Serapione & Aunicenna demptis. Se-
rapio tamen id non asserit, sed à quibusdam medicis di-
ci asseuerauit. Nobis autem ea cordi conferre videntur

(ut Galeno placet) quæ odorata sunt, Seta autem non solum odorata non est, sed foetet, nisi ab alio odorem suam: ideo à compositionibus quæ cor roborare habent, potius arcerem, quam recipere voluerim. S E N. Tamen hic mos valde incaluit. B R A. Quicquid sit, & quomodo cunq[ue]r[er]is processerit, hanc esse veritatem non solum arbitror, imò scio, & potius alicuius cor roboras res, si cum serica ueste donares, quam si libram serici comederer. S E N. Nos sericum accipimus in chermes infectū. B R A. Ethic aliis error est priore maior, quia sericum ita infectum in primis præparatur ut colorē recipere possit: præparatur autem liquido alumine, quo primo imbuitur, liquidum autem alumén vētriculo aduersatur: quomodo igitur hic syrupus aduentriculū valabit? Adde postquam sericum in chermes ebullitionem immersum est, statim in rem quandam immergunt, quæ nostra lingua Misra nuncupatur: in quam gallæ ingrediuntur, ipsi pope appellant. Suaderem igitur, ut setam in chermes tinctam non acciperes. S E N. Quid igitur sumemus? B R A. Aut nihil, aut ipsum chermes sine seta. S E N. Vidi, qui granum tinctorum pro chermes acciperent. B R A. Hi minus despiciendi sunt, quam qui setam in chermes tinctam sumunt. Sed quia facillimum est habere chermes, ideo potius ipsum habere cures, & etiam vili precio assequeris, nempe Venetis non expendes pro qualibet libra, quatuor libras Venetas. Non est Coccus. autem coccus chermes, quia coccus est nostravocata gra Chermes. na, quæ ex Cypro afferuntur, & in Italia etiam nascitur: unde multi decipiuntur qui putant chermes esse coccū.

S E N.

SEN. Reperitur ne apud antiquos chermes? BRA. Non
erat in magno vsu apud eos, tamen ipsum reperio: non
tamen sub hoc vocabulo chermes, sed sub coco. SEN.
Rem inauditam dicas. BRA. Forte magis miraberis si
tibi dixero in Italia esse chermes, et in Apennino, Re
gium Lepidi versus, nos excauasse, sed (ut arbitror) tin
eturae in eptum, tamen experti non sumus. SEN. Quid
dicas excauasse? Chermes semic esse putabam. BRA. An
semen sit an non sit, ambigo: quid autem putem, aut du
bitem afferre non grauabor. Scito ex herbarum radici
bus sumi, et non esse semen quod extra terram herbis
insit. Ego frequenter excauavi, et granula circa radices
collegi quae breui tempore in vermiculum transeunt.
SEN. Quomodo transire possunt? si' ne ex semine ver
mis? BRA. Aperitur semen, et parua quædam formis
ea alata exit, quæ auolat, exterior cortex inanis relin
quitur, qui ad tinturam nihil valet, et hic est cocciver
miculus, qui apud Diuum Hieronymu reperitur, et in
sacris litereris legitur Tinctura ex vermiculo, id est re in
vermiculum tendente, immo proprio vermiculi sanguine,
in ea re quæ semen videtur, vel paruum ouum inclusum.
SEN. Quomodo prohibetur, ne in vermiculu trahatur?
BRA. Cum ea semina, vel quicquid sint, statim à radice
demuntur: in aliquibus locis acetone inspergunt, ut velox
illa generatio extinguatur. In alijs locis in butyrum, aut
pinguedinem iaciunt, quæ vermem extinguntur? SEN.
Quæ herba est illa, cuius radicibus inhæret chermes?
BRA. Multæ sunt herbæ, sed una inter alias parua in
cisa multum, quæ pinpinellæ folia imitatur, tamen nra

Hermes
diesib. her
sumiv

qæ cocci
tibus opa
Hieronym
sacris

Hermes
Diuum

gis incisa sunt. In multis Germaniae locis colligitur, et
in Polonia præsertim apud Crocouiam urbem regiam,
circa Vistulum flumen: imo Poloni chermes appellant
cleruicel, quod etiam nomen mensis est, in quo potissimum
chermes colligunt: solum enim apud Polonos hoc
mense colligitur. Et quod in Polonia nascitur alia plus
ra in perfectione excellit. In Hetruria quoque nascitur, et
Hetrusci putant genus pimpinellæ esse, et hanc herbam
suo vulgari nomine strellam appellant, alijs thrialmum.
Nascitur autem et sub alijs herbis: nam Poloni tres
herbas habent, sub quibus nascitur. Una est, quam ipsi
appellant nyedospialek, putant esse auriculam muris,
tamen non est illa Dioscoridis, sed ipsi ita appellant.
Nascitur et sub parietaria et sub silagine, quam Græci
et Latini olyram, Poloni zito: nos segala vocamus.
Sed hanc non excauant, quia maior est prouentus ex si-
ligine quam ex chermes. S E N. Cur dubitas an semen
sit? BRA. Quoniam in vermiculum transit. SEN. Apud
nos etiam multa legumina vermiculi efficiuntur. BRA.
Non ita citò, nec in vniuersum, sed ex corruptione, vna
tantum parte leguminis in vermem transeunt, qui aliam
partem comedit. Quod autem sit ouum, et non semen,
mihi persuadet etiam sub varys herbis inueniri, vnde su-
spicor esse aliquorum vermium oua, vel subterraneorum
animalium, ut suadet illa cito vermiculi generatio: et si
vermiculu volatatem digitis interfeceras, purpureum cruo-
rem, aut purpuream humiditatem emittit, qua digiti insi-
ciuntur: imo si in granis chermes, que Venetys ven-
duntur, spectes, non nihil inest quod vermiculi colorem
habet.

habet. Adde quum senescit non tingere: quod indicium
est humiditatem illam purpuream exiccati. Ideo sūspica
tus sum ouum esse, & non semen, & præsertim, quia &
illa herba pimpinellæ similis: & aliæ, in quarum radis
cibus chermes inuenitur, aliud semen habent supra ter-
ram, quo progenerantur. SEN. Quid in causa fuit, ut in
hoc syrupo chermes acciperetur, & seta in eo tinctat?
BRA. Quid sentiam aperire enitar. Quod Græci coccum
dicunt, Arabes chermes, vel chesmen appellant.
Ideo vbi in Arabum compositionibus ponitur chermes,
coccus sumi debet, ut apud Serapionem videre licet, cas-
pite. CCCXXI. Verum quia granum id, quo setam in-
ficiimus, dicitur & ipsum chermes, & nos charmesis
num vocamus colorem illum floridum, & chermes hoc
granum nostra vulgari lingua. Propterea recentes in
Arabum compositionibus cum chermes inuenere, nos
strum chermes accipiunt, cum potius coccum accipere
debuissent, qui est verus Arabum chermes: ut facile viz-
deri potest si quis Serapionem, & Dioscoridem legat.
Inquit enim Serapio: Chesmè apud Dioscoridem est ar-
buslum, quod administratur ad accendendum ignem, et
est medium inter arborem & herbam, cuius rami sunt
multum subtile, super quos sunt grana rotunda similia
lenticulæ, quæ colliguntur & reponuntur, & conseruat-
ur, & conficiuntur ad tingendum. Et melior grana
est illa quæ defertur ex terris quæ dicuntur Galates &
Andabusi, & ex Armenia, & secunda est illa de Siana
& Lithia, & deterior omnibus est Hispana. Reperi-
tur autem in arbore glandium interius Calhic animal

grec: coccus
chesmæ
nos don
neque ha
est coccus

Charmesi
nus color.

g. serapio
& chermes

testo sum paruum simile limacys, & colligunt illud mulieres cum ore earum. Hæc Serapio ex sententia Dioscoridis, satis barbarè & infide. Cui si Dioscoridem in capite de infectorio coco perleges, idem cum suo chesmos esse deprehendes. Inquit enim Dioscordies: Κόκκος βαρβάρων, id est granum tinctorū, surculo so nascitur frutice, cui grana lenticulæ adhærent: leguntur hæc ad usum, componunturque. Optimum est è Galatia & Armenia, se quens ex Asia, Ciliciaque: pessimum ex Hispania. In Cilicia è roboribus prouenit limaci paruo simile, quod loci eius mulieres exceptum ore, coccum specialiter appellant. Vbi vides chermes apud Serapionem esse Dioscoridis coccum. Quid autem per id velit Dioscorides, quod mulieres excipiant ore, non possum aliud conieclari, quam ita excipere ut melius seruetur: inde enim non nihil maturitatis contrahitur. Aliter enim quid sentiat, imaginari non possum, nisi codex corruptus sit, & aliquid desit: immò alias putavi coccum Dioscoridis esse nostrum chermes, & mulieres ore accipere, ne in vermiculum transiret. Sed hoc me dimouit à tali sententia, quia dicit nasci frutice surculo so: herba autem est, ex qua nostrum chermes ortum habet: Coccus autem infectorius nascitur ex frutice, et de eodem loquens, dicit in Cilicia è roboribus nasci: appetit autem quod è roboribus nascitur, esse granum quod tingendo est, non autem Chermes. Vel dicimus in Codice Dioscoridis nullum esse vitium, sed locum fuisse ab interprete male intellectum. Cuius loci verba sunt: ἦν τὸ δέ γυναικεῖο σόματι ἀναλεγούσα καλοῦται. quæ sic ad verbum transferas: Quem eius

eius loci mulieres ori colligentes, coccum vocant. Mulieres enim colligunt coccum ori, id est ad os tingendum ac fucandum: ut τῷ σόματι non septimi apud nos casus, sed datiui vim habeat. Illam autem vocem euulfum vel exceptum, de suo addidit interpres, neq; vsquam est in Græca litera. Cuius rei magnificus & reuerendissimus CÆLIUS Calcagninus, vir vnde quaq; doctissimus, me attentum fecit. Sed ad rem nostram rede untes, Cum in Mauritanorum compositionibus chermes, aut setam in chermes tinctam reperies: noli chermefinum intelligere, sed infecturam in coccum, id est in granam tinctorum appellatam: vnde coccinea vestis apud antiquos. Est enim alia res chermes. Ideo illos non multum reprehendo, qui pro seta in chermes tincta coccum susmunt. Addetamen nec setam tinctam aut pannum susmenda esse ob præparationem. An verò cor roboret, *seta his in coccum vel cocco, sed non in granam ab aliis sanguineis* nondum apud aliquem authorem fide dignum reperi, sed tantum adstringere, & vulneribus neruorum proficuisse. Tamen supinus quidam error apud nonnullos planè quintæ classis medicos inuenitur, qui granum quod tingendo est, ad prouocandos menses exhibent, cum plurimum suppressimat, ut ego plerunq; eius puluerem exhibeam his mulieribus, in quibus de abortu dubium est. Et quia nonnullæ sponte abortire volunt, ne infarto deprehendantur, petentes ut in hac re illis operarem, ego hoc granum exhibui, ne si vellent, abortire possent. Qui autem ducere menses fatentur, argumentum sumunt ex colore, quia rubrum, ac si rubra menses ducant: multi enim maximam propositionem habent.

summè falsam; Omnia rubra menses prouocare, tamen multa rubra inueniuntur, quæ vim adstrictiuam habent; Scitoq; quod à Dioscoride dicitur, Cuius grana lenticulæ adhærent, non esse intelligendum grana lenticulæ saguram habere, sed quod more lenticulæ inhærent.

SEN. Igitur non est nostra, qua tingunt in chermes^e BRA. Non ut videtur. SEN. Igitur nostram granam edoceas, & quid illud sit, quo nunc in Chermesinum tingunt. BRA. Nostra grana est coccus baphice, id est granum infectorium Dioscoridis, & Pliny, & chermes Serapionis, ac Mauritanorum. Quid autem sit apud antiquos chermes nostrum, quo floridus color, quem chermesinum vocamus, sit, dubium est. Tamen bene Plinium considerans visus sum expiscatus esse grana nostra in Cypro, & Creta, & pluribus alijs locis nascitur, Venetiasq; affertur ex pusillo frutice folia habente, ilicis aquifoliæ similia, ut Plinius libro decimo sexto, capite octauo docet; tamen hæc folia parua sunt, & spinosa. Tamen & in robore coccus nascitur, præsertim in ilice, ut Plinius capite quarto lib. XXIII. testatur, & Theophrastus tertio de plantarum historia, inquit: granum puniceum facit. de his loquitur, quæ in arboribus fiunt, tamen fructus non sunt, ut nux auellana, quæ visum callo compactili facit. Idem in eodem lib. repetit, cum omnia enumerat, quæ in ilice nascuntur. SEN. Ea igitur quæ in ilice nascitur nostra grana est. BRA. Non est, sed à Pli. cap. IIII. lib. XXIII. Coccus, ilicis appellatur, est aliud granum àocco, sed & ipsum tingit. Si autem apud antiquos nostrum chermes reperiatur, est

id.

id de quo Plin. præcitato loco inquit: est autem genus ex eo (scilicet *cocco*) in Attica ferè, & Asia nascens, cæ lerrimè in vermiculum se mutat, quod ideo scolecion vo *Scolecio*. cant, improbantq; si apud Antiquos nostrum chermes sit, est *coccus* scolecion : nam chermes nostrum oxyssimè in vermiculum transit. Vnde tria cocci genera apud ans *Cocci* tria tiquiores scripta inueniuntur: *Coccus infectorius* absolu gna apud tè, qui nostra grana est ex arbuscula pujilla nascens, fo^z antiquoso^z lia circinata spinosa habens parua, & *coccus* scolecion, qui fortè est nostrum chermes, nisi intelligas esse genus aliquod cocci ilicis, quod in vermiculū cito transeat scolecion dictum, aut dicas non habuisse rationem tingendi ex scolecio, qualem nos habemus, ideo ab ipsis scolecion despiciebatur, nobis autem facit colorem magis floridū, quam *coccus* baphice faciat. Tertium est, *coccus* ilicis, vt ex his omnibus colligere possis quid sit chermes apud recentes, & nunquid apud antiquos reperiatur. An verò cor roboret chermes, nec antiqui nec recetes prodidere: non antiqui, quia apud ipsos quid sit non reperitur. Arabum enim chermes est *coccus* baphice, quem granum vo camus. Recentes etiā nihil prodidere, quia ipji de chermes loquentes, de eo verba habent, de quo Arabes scripserunt: propterea in hoc syrupo chermes dimitterem, veluti vnum, de quo experimenta sumpta nō sunt. quod an calidæ naturæ sit, an frigidæ, si scire cupias, calidæ natu re esse illud ostendit, quod celerrimè in vermiculū transit ea enim citæ generatio caliditatè notat. SEN. Mihi vide tur mirū antiquos adeò modicè de nostro chermes esse locutus. BRA. Ne admiratiōe afficiaris, quoniā fortè nihil

locuti, nisi id sit, quod coccus scōlecion à Plinio nuncus
patur, quamvis plerūq; dubitauerim quod esset coccus,
de quo Plin. capi. XLI. IX. lib. vbi de tingendo Ame-
thystino tractat, & inquit coccum Galatiæ rubens gra-
num. postea addit, ut dicemus in terrestribus. Putabam
hanc particulam à Plinio positam esse, ut sub terra nascē-
animaduerteret. Nostrum autem chermes vel ouum sit,
vel semē sub terra nascitur: est enim granum illis radici-
bus inhærens, quod potest ratione coccus appellari. Idē
enim est apud Græcos κόκκος, quod apud Latinos gra-
num. SEN. Si autem reperiretur, qui & setam, & cher-
mes in hunc syrum imponere voluerit, quomodo age-
re debet? BRA. Aut seorsum setam, & chermes ponat,
aut hoc modo præparet: accipiat libram chermes, quod
in puluerem redigat, sintq; igni suspensæ in æneo lebe-
te quinq; aquæ libræ, quæ cum calida est antequam fer-
uere incipiat, in eam chermes puluerizatum injiciat:
deinde vna ebullitione bullire faciat, & ab igne depo-
natur: postea setam, quam crudam vocant, (eo quod
nullum colorem suscepit) in prædictam aquam ponat:
& donec optimè imbibatur relinquat: deinde eam sta-
tim exprimat, factaq; mediocri expressione, in succum
pomorum dulcium, & aquā rosaceam infundat. SEN.
Igitur exiccati non debet? BRA. Non debet exiccati,
sed debet statim in prædictum succum & aquam infun-
di, & statim pharmacopola cùm extrahit suo usui accō-
modare debet, quia solum eo tempore præparanda est,
quando syrum hunc conficit. SEN. Quæ proporcio-
setæ esse debet ad chermes? BRA. Pro libra setæ, libra
chermes

chermes sumatur, ad imbuendum. Vnum tamen est, in quo de vobis pharmacopolis miror, qui ferè semper huc syrum candum habetis, id est quo zucharum concrevit. SEN. Aliter fieri non potest. BRA. Quia arte casretis, qua fiat. Multi sunt modi, sed unus hic præcipuus est, addere parum mellis zuchari: hoc enim prohibit, ne zucharum in duritatem illam (quam vulgus candū vocat) concrecat. Mel tamen prohibere non potest quin durescat in processu temporis, sed bene prohibet ne candescat (ut hoc vocabulo utar) tamen non durescit nisi longo tempore transacto. Sed interim à Pharmacopola venditur. At vnum aliud apud pharmacopolas obseruauit, hunc syrum mucidum fieri. SEN. In hoc non sinam te mentiri, sed causam ignoro. BRA. Facile reddam; & si nostro modo parabis, nunquam aut hic, aut alter syrups mucidus fiet. SEN. Dic obsecro. BRA. Mucor, & mucidas ex superflua humiditate fiunt: hoc manifeste deprehenditur in dolys vinarys, quando guttæ delambendo vas exeunt, mucor fit ob eam humiditatem, & quanto magis vinum aquosum est, tanto magis mucore abundat. Eodem modo, quando è naribus humiditas exit, mucor fit, & ideo pueri ob ingentem capitum humiditatem continuò nares mucore plenas habent, & in humidis locis semper situs & mucor generatur. SEN. Forte piscantium nares semper mucidæ sunt, & persistillantes, quia intrinseca humiditas ab extrinseca alicetur. BRA. Ridicula, sed non præter rem ratio. Idem in uestris syrups accidit, quando syrum usq; ad aquæ & humiditatis resolutionem non decoquitis, mucidu-

EXAMEN

fit. Igitur si ad vnguem decoquatis, mucidum non fieri
 animaduertetis. S E N. Lucor etiam ex caliditate fieri
 videtur; nam aestiuo tempore, & saeuenie cane, panis po-
 tissimum mucidus fit. BRA. Idem ex humiditate causatur;
 tunc enim calor aeris, intrinsecam panis humiditatem
 ad extrinsecas partes allicit, unde intrinsecus exiccatur
 panis, extrinsecus humescit, & mucidus fit: quod ut eius-
 tetur, iubeo mulieres meas panarium capsum tota aestate
 in cella vinaria seruare, quoniam loci frigiditas panem
 mucidum fieri non sinit. Sed haec alio commodiori loco
 tractanda sunt. SEN. De hoc syrupo satis dictum erit,
 si que in ipso omittenda sint, brevibus repetas. B R A.
 Setam, & chermes omittendam, que ad rem nihil faciunt,
 immo seta in chermes tincta ob præparationem obest.
 SEN. Prosequar'ne alios syrups? BRA. Tibi ipsa
 cantare poteris: mihi enim fabulam surdo cantabis, nem-
 pe coenare decreui, quoniam fame plus quam Saguntia
 na premor, coenans autem obaudio, presertim in prima
 mensa, ubi dentes solum strident. S E N. Igiiur canina
 fame premeris? B R A. Imo humana: heus puer sterne
 mappam, vosq; ancillæ dapes in mensam portate, tuq; q
 manibus lymphas præbe. Obaudio nuc senex, quoniam
 ea vulgata sententia vera est, Leiunus venter, non audit
 verba libenter: licet ineptiori carmine dicta sit. Et Cas-
 tonis vetus sententia est: Venter aures non habet. Mes-
 cum in coena eris: postea syrups alios, & cætera cōpos-
 ita medicamenta prosequeris. Interim dum haec pedisse
 que in refrigerandis dapibus retardant, haec striblita in
 fibram versis, famem sedare incipiet. B RASAVO.

Quid

S Y R V P O R V M

52

Quid impedit nūc syrups iam cœptos prosequi?
 Postquā exēpta fames, & amor cōpressus edē-
 di, & omnes inuicē loqui incipiunt quia prope
 finē sunt, in quo rumor gentiū fieri solet. **S E N.** Tu iua-
 uenis properè comedisti, imò tuburcinatus es: Ego eden-
 tulus nōdū huius comœdiæ actum primū exegi. **B R A.**
 Vno verbo sequētem syrupū nomina, qui in tua scheda
 scriptus est. **SEN.** Ego prius huius clupeæ geniturā, &
 hos fluuiatiles cācros comedā, bisq; hūc cyathū exhauriā
 quā de syrupis verba facturus sim. **B R A.** Et ego iterim
 bellaria depromā. **SEN.** Sū bellariorū satur. Syrupus, q
 seq̄tur is est q de acetositate citri appellat. **BR.** Ego pos-
 tius de succo citri nūcuparē, qā itrinseca citri ps tota suc-
 cus est, qbusdā pelliculis dēptis. Hūc aut̄ syrupū secūdū
 Mesuæ sentētiam parāt pharmacopolæ, cuius cōpositio
 hæc est p Mesuæ verba descripta, vt simul & cōpositio
 nē, & Mesuæ verba, vt ab ipso autore dicūtur habeas:
 Recipe succi acetositatis citri, libras duodecim; decoque
 in vase vitriato super prunas cū facilitate vsp dū con-
 sumatur tertia pars ipsius; deinde coletur, & dimittatur
 donec clarificetur: & accipe ex eo quod clarū est, libras
 septē, & funde super ipsum ex Iuleb claro & depurato
 libras quinq; & coquatur donec inspissetur. Si aut̄ aestas
 fuerit, dimittatur in sole donec eius aquositas consumas-
 tur. Hæc est secundū Mesuen huius syrupi compositio.
 Addit deinde eius iuuamentum magnum esse in extin-
 guendo inflāmationes choleræ rubeæ, & febres inflam-
 matiæ rebemētes, & febres pestilētiae, & propriè que
 fuit in aestate venenosa, & cōfert ebrietati, vertigini, &

Syrupu:
de acet
sitate ci
tri.

Siti vehementi. SEN. Posses' ne uno verbo ad quid vas
leat exprimere? BRA. Possum. Ad omnes ægritudines
biliosas ex pura bile valet, & pestilentes, vel quæ vene
ni naturam sapient, & ad fitim extinguendam. E N.
Est' ne hic parandi modus apud antiquos? BRA. Antis
qui de zucharo nihil vñquam prodidere, & hunc syru
pum nunquam fecere, tamen in omnibus ferè ægritudi
nibus præcitatris acido citri succo utebatur. En Galenus
lib. VII. de simplicium medicamentorum facultatibus,
inquit esse tertius ordinis resiccatum, infrigidantiumq;
& de acida citri parte loquitur, quam partem in lib. II. de
alimentorum facultatibus lib. etiam frigidam facit, sed
gradum non determinat. Et Paulus Aegineta lib. VII.
& Aëtius lib. I. acidam citri partem in tertio ordine fri
gidam & siccum esse arbitrati sunt: sed Paulus primo
lib. capite. LXXX. Idicit abunde infrigidare, gradum
vero non determinat. Plinius Secundus quarto de re me
dica lib. (si is Pliny liber sit, qui de re medica circunfir
tur) huic frigidam naturam inesse fatetur: imò & expe
rientia ipsa hoc comprobatur. Quis igitur negare poterit
vehementibus inflammationibus & æstibus succurrere?
Imò Aëtius capite XXIX. lib. XI. ad inflammationes
vititur hoc succo pani aut pollini admixto, & modo cas
taplasmatis apposito. Nam antiqui, citri succum per os
non jumebant, sed cortice tantum, & carne vescebant
tur, ut apud Galenum, Paulum, & Aëtium videre licet,
qui inquit corticem, ventriculum roborare, quāvis dif
ficilioris cōcoctionis sit, & carnem pituitosam materiam
pignere. Nec immerito hic syrpus contra pestilentem
morbum

morbū valere à Mesue dicitur, quoniam & antiqui ci-
trum veneno aduersari fatebantur, quod potius semini
attribuunt, quām pomo. Quāuis Dioscorides anceps sit,
quām dicit, οὐρανούς ιχετοδένεν δινώ, οὐτε τερεγγενόν εστο
νεκτίμοις, id est, vim autē habet quod in vino potū vene-
nis aduersatur. Hoc autem ita ad pomum, sicut ad semē
referri potest, quāuis de semine propinquius sermonem
habuisset. Tamen præter rem nō est, si & de semine, &
de pomo id intelligamus, quia Plini.lib. XXIII. capite.
VLI. inquit: Citria contrauenenum in vino bibuntur,
vel ipsa vel semen. Nec obstat quod Theophrastus. VI.
lib. istud pomo attribuat, & Paulus, & Aétius, quoniam
& semini hoc dotis inest, quod Auicenna cortici, & se-
mini attribuit. Serapio etiam Dioscoridem referens, ita
refert ac si pomo hanc dotem elargiatur. Quicquid sit,
totum pomum veneno resistit. Vnum autem est, in quo
recentiorum quorundam error deprehēditur, qui hunc
syrupum valere inquiunt contra prægnantium fastidia
quando edere non possunt, & extranea appetūt, ut cara-
bones, terram, pilos, & similia: quam affectionem Græ-
ci Κίτται & Κατται, id est picam vocant. Plin.lib. XXIII.
capite. VL. malatiam prægnantium interpretatur. Inest
autē hoc genus fastidi prægnantibus usq; ad tertium men-
sem, ut Paulus Aegineta capite primo primi libri dos-
cet. Causa autem est, quia fœtus parvus & imbecillus ea
quæ ad locos mittuntur consumere nō potest. Nos autē
mulieres vidimus quæ usq; ad quartum, quintum & sextum
mensem hac affectione vexabantur, sed cōmune est tem-
pus, cūm fœtus moueri incipit. Dicitur autem cissa, id est

errant
syn. p. 10
pomum
malatia
cadasmon

Kittæ.
Kittæ.
Malatia
prægnan-
tium.

pica: quoniam hoc animal, quia vorax, in cibi fastidium
sæpe venit. Sed ne præsentem occasionem omittamus, Il-
lustrissima RENATA Galla Ferrariæ Ducissa, nuc cis-
sa vexatur, tamè in quarto mense à conceptu est. Nec o-
pus est putas cissam solum esse cum extranea appetunt,
sed cissa etiam appellatur, cum ad eò perturbatus est ven-
triculus, ut cōuenientia edere nō possit, quamvis extras
neæ nō appetant. Propterea Plinius præcitato loco præ-
gnantium malatiā meritò appellauit. Constat autem præ-
gnantium ventriculo (nisi æstuans fuerit) potius obesse,
quam prodesse. Illorum autē error ex hoc prouenit, q̄a
authores non considerarunt, qui non dicūt citri succum
ad hunc morbū valere, sed semen. Quāuis in Dioscoris
de indifferens videatur, tamen Plinius capite. VII. lib.
XXIII. de semine id dicit, & Paulus Egineta lib. I.
Adrem autem nostram redeentes, Hic est optimus syru-
pus in æstuantibus morbis, quo frequenter iubeo ægros
pro instinctu vt: ut nuper magnificæ Dianæ Estensi con-
trariæ in æstuantis ventriculi morbo: fit autem ex succo
citra, tamen citri nomine limones, Adam poma, & aran-
gia veniunt. Ego potius ex limonibus pararem, quoniam
succum frigidorem habent: hic autem potissimum frigi-
ditas expetitur, & limones saporē habent citro maximè
conuenientē. Nam vt Plinius dicit capite. XXVIII. lib.
XV. citris odor acerrimus, sapor asperrimus. Inter hæc
autē limones omnium asperrimum habent, ideo potissimum cis-
sa sunt limones. Tamen si ex citro etiam habere places-
at, vbi tāta frigiditas nō expetit, parato. Illos aut phar-
macopolas damno, qui Venetijs succū citri emūt: sed pos-
tius

S Y R V P O R V M

99

Eius voluerim ut citra emeret, et seorsum succū et cons
eicē in syrupū redigerent, carnē vero condirent. Succus
enim quē Venetijs afferat, plerūq; aqua mixtus est Zus
charum, præsentē syrupū ingrediens, clarificatum (ut di
citur) esse debet: propterea à Mesue Iuleb nuncupatur.
Multi sunt, qui nimis coquunt, tūc facile cādescit, et cō
crescit, et indurioris mellis formā trāsit. Quod est op̄
positū acetosi succi, qui suapte natura nec durescit, nec
cōcrescit, sed potius quæ gelascū liquidiora reddit: ex
nimia autē coctura, et succi extrema resolutione cōcres
cit. Propterea tu (ne erres) sume cieri succum, et paula
tim per linteum præcolato sine aliqua expressione, vt
quod subtile est, paulatim transeat: qui enim vehemēter
linteū exprimūt succū nimis spissum colligunt, Unde id
solū sumere oportet, quod ex se descendit. Duobus autē
modis syrupus fieri potest, Sole, et igne. Si Sole fiat, id
est per morā in sole, magis clarus cōtinuò permanet: Si
igne, nisi bene animaduertatur, nimis crasse scit: qui enim
nimis coquunt, in duritiem enogari, id est vocatæ gelas
tinae ducunt. SEN. Igitur ex limonibus etiam parabo:
B R A . Imò parabis, quia vehementius infrigidat, et
penetrat. Postquam hic puer mappam sustulit, et deni
scalpia præbuit, syrupos alios prosequaris. SENEX.

Syru^{pus} de stœchade tertio loco habetur. BRA. Igi Syru^{pus}
tur his syrups disponendis nullum ordinem seruare de stœch
SEN. Nullum, vt iam prefatus sum. BRA. Gaudeo de,
tamen hoc ordine disponi, quoniam eos primò enumera
rare visus es, quibus illustrissimus patronus meus Hera
cules Ferrarie Dux vititur. Est compositio apud Mesue

316 EXAMEN

reperta in hunc ferè modum ab eodem authore, et sequentibus verbis descripta.

Recipe, florū stichados 3. xxx.

Hæc id est Thymi)

Calamenti) ann. 3. x.

Origani)

Anisi) ann. 3. viij.

Pyrethri) ann. 3. viij.

Piperis longi) ann. 3. iiij.

Zinziberis) ann. iiij.

Passularum enucleatarū vncias iiiij.

Mellis libras v.

Hunc syrum (cum hæc solum recipit) appellat de stichados sine speciebus, vel de stichados incompletum.

Tu autem potius de stœchade dicito. Si autem pulueres consequentes recipiat, syrus de stichados cum speciebus, vel completus nuncupatur.

Pulueres autem sunt hi qui sequuntur.

Recipe Cinamomi)

Calami aromatici)

Spicæ, id est Nardi)

Croci) ann. 3. i. f.

Zinziberis)

Piperis nigri)

Longi)

Ligentur in panno raro, et suspendantur in syrupo.

Dosis eius est, vncia una cum decoctione spicæ, et als

chilil. Hic syrus expertus est ad omnes cœgritudines

neruorum frigidas, ut est paralyssis, epilepsia, spasmus,

tremor,

SYRUPORVM

57

tremor, & tortura. Valet etiam ad catarrhum frigidū,
à capite ad pectus, & ventriculum ipsum roborat. Hæc
Mesue. SEN. Reperitur ne apud an iquos hic syrups
BRA. In primis eius vires audias: Obstructiones ape-
rit, crassa attenuat, exterget, totūq; animalis habitū robo-
rat extaq; confirmat. Quod semper à causa frigida ma-
lè affecta intelligendum est, & præsertim pectori anhes-
lantibus, & desilationes habentibus opitulatur. s E N.
Est igitur valde utilis hic syrups: BRA. Utilestimus.
Cùm verò multo calore nō indigemus, incompletum su-
mimus, id est eum, quem vos sine speciebus appellatis
(quamvis non defuerint qui dixerint, eum qui incomple-
tus est, solum recipere stœchada & passulas.) In inten-
siori verò frigitate, eum sumendum iubemus, qui spe-
cies, id est pulueres aromatum enumeratas recipit. De
hoc syrupo nihil apud antiquiores reperitur, tamen dis-
cunt ad omnia prænumerata stœchada valere. Sed vna
est in quo ambigere possumus, quomodo scilicet compos-
ti oporteat: quoniam à Mesue simplicia solum enumera-
rantur, sed modum componendi, & an coqui debeat,
prætermittit. SEN. Subintelligitur decoctionem fieri se
cundum artem. BRA. Quæ ejt, & qualis hæc ars ad co-
ctiones parandas: SEN. Nos instinctu quodā, sine pon-
dere, sine determinatione aquam sumimus, vt oculis pre-
sentatur & ingenio nostro videtur: postea ad libitum
bullire sinimus: deinde simplicibus expressis, quæ prius
decocta sunt, mel in hanc decoctionem ponimus, quod
tamen prius expumatum sit: itaq; ad syrapi formam alte-
ra ebullitione reducimus. BRA. Miror admodum in his

58 EXAMEN

condiendis vos statuta aliqua pondera nō habere .SEN.
Omnino non habemus .BRA. Viam igitur inueniamus,
& certam normam, per statutas mensuras componendi
syrupos .SEN. Id libenter addiscam .FRA. Et ego lu-
bentiusedocebo, si aures præstabis .SEN. Et aures &
caput, & vniuersum corpus habebis .BRA. Noli autem
vniuersalem regulā in omnibus syrupis expectare, quia
in aliquibus solum conueniet, in quibus cùm erimus te
admonebimus: In alijs verò suas particulares regulas
edocebimus. Quum syrupum de stœchade parare opus
est, omnia quæ ipsum ingrediuntur, para, & crassiusculè
contunde, & in vitriatum catinum omnia pone, deinde
octo aquæ libras superinfunde, si omnia syrupi simpli-
cia sicca fuerint. Si ita egeris, optimè infundi experieris;
post viginti quatuor horas exsume, & inuenies duas
aquæ libras à simplicibus imbibitas esse: Tunc & aqua,
& simplicia simul igni suspendas, vt bulliant igne claro
ad consumptionē tertiae partis, vel supra ignitos carbonos
nes fiat: Relinquētur quatuor libræ decoctionis plus mi-
nus, ī quas libras quinq; puri mellis imponito, & iterum
bulliant expumādo, quoad fuerit cōsumpta decoctio, &
ad formam syrupi redactū sit: in quā formam tunc reda-
ctum esse deprehendes, cùm gutta summo pollice capta
inhæret, nō tamen coit, & si indice guttā quæ in pollice
est tetigeris, prætenuia fila mittat, & nō statim abrum-
patur. Nec guttæ resiliunt, in hoc præsertim syrupo qui
mel recipit: nam mel optimū ut Pli.lib.XI.cap.XV.do-
cet, reglutinosum est. Si autē herbæ recentes sint, septē
libræ aquæ in infusione satis sunt, quia vna tantū imbi-
bitur.

bitur. Sunt verò Recentes qui generalē quandā regulā tribuunt, quoties ab authoribus scriptū reperiunt, quod aliquid in sufficienti quātitate aquæ bulliat, ipsi hāc sufficiētē quantitatē, ita exponūt: si res sint quæ multam ebullitionem sustineant, in omni manipulo ponantur (ut eorū verbis vtar) boccalia quatuor aquæ: Si verò mesdiocrē ebullitionē sustineat, dimidiū aquæ accipient: Si verò paruam ebullitionē sustineant, vñū boccale sumere oportet: volentesq; hanc regulā ad pōdus reducere, res, quæ plurimam decoctionē sustinent, hoc modo recipiūt aquā, ut vna libra ipsa uerm in sex aque bulliat: que verò mediocrem, in tres: quæ paruam, in vnam & semis. Sed hæc non est cōgrua, conueniensq; regula, quoniam in hoc syrupo sunt res quæ multum decoctionē sustinēt, ut zinziber, pyrethron: & quæ mediocrē, & quæ paruam, ut cætera alia. Nunc autē ponamus omnia hæc mediocrem ebullitionem pati, tunc oportebit, hanc simpliciū quantitatē in tres ferè aquæ libras ebullire. Quod apparet si quis computet, vnicuiq; libræ simplicium tres aquæ libras dando. Sunt enim simplicia quæ hūc syrupū ingrediuntur, ferè quatuor decim vnciæ, speciebus dēptis: sed nimis absurdū esset in tam paruā aquæ quantitatē ebullire, nempe ad sextā partem cōsumere satis est: ideo nūbil ferè relinqueretur, in quod quinq; mellis libræ injici deberent, & ad syrapi spissitudinē ebullirent: quia pars tim per ebullitionē, partim per brevē cocturā cōsumptā esset, & ferè mel exhaustur. SEN. Certè, hanc esse nimis paucā aquæ quantitatē semper indicaui. BRA. Omnia paucā est. Ideo tu pro tota huius syrapi quantitate

Si herbae aridae sint, octo aquæ libras sume: Si autem vi
rides, septem, & adeò bullire finas, ut expressione facta
quatuor libræ decoctionis relinquuntur: nam duabus li
bris imbibitis in herbas, sex reliet: erant. Si deinde has
sex ad consumptionem tertiae partis resolueris, quatuor
libræ solum relinquuntur. Ego hunc syrum ex zucha
ro pro Illustrissimo Hercule Duce Ferrariæ parari fas
cio, ut iocundior sit. SEN. Quæ hora species illæ in syru
pum conyci debent? B.R.A. Recentes Pharmacopœ
cūm syrups ferè coctus est, imponunt. Nos autem secun
dum hunc ordinem incedendum esse iubemus: Si multo
calore indigeamus, etiam diu hi pulueres in syrupo bul
liunt: si non, tanto minus. Imò iubendum est ut prædicti
pulueres suspensi in syrupo maneant: quod & ipse
Mesue innuere videtur. quamvis multi hoc solum intella
ligant cūm decoctio fit. SEN. Hoc mihi summè qua
drat: quia si multa caliditate indigemus, magis ebullire
oportet: si autem pauciori caliditate opus sit, tantum his
pulueribus conditatur. Quod opus nos pharmacopœ
dicere solemus aromatizare. B.R.A. Sed hi pulueres ma
gis agunt, quam aromatizare: nam aromatizare est odo
rem aromatum, rei, quam condimus præstare. Hi autem
pulueres sunt potius syrupo calcaria. Cūm verò ad for
mam syrapi decoctus erit, si pôderabis, inuenies quinque
libras esse, & semis plus minus. Vnum tamen adver
tas, quod maiori coctura indiget æstate, quam hyeme.
Quippe hyeme sex libræ, aut paulò amplius esse debet:
æstate solum quinque, & semis sint, vel circa. Alter in va
se, in quo seruatur, sponte ebulliret, & spumam faceret,
atque

S Y R V P O R V M

6.1

atq; mucorem. SEN. Loquuntur' ne de hac re antiquiora
resē B R A. Imò, nam Paulus Egineta capite. X V . I e s
ptimi libri, in his, quæ ex vino fiunt, dicit: Mellis aeffi u=
mati sextarium vnū ad vini sextarios quatuor accipiūt,
et componuntur incocta: In his vero quæ ex succo et
aqua fiunt (hæc autem ad nostrorum syruorum natu=
ram fere accedunt) si quidem coquantur, vnam mellis
partem ad treis accipito, liquore in coctione ad duas fer
mè partes cōsumpto. Re tamen vera nostri syrapi est inuo
tempore seruari non possent, si succi aut decoctiones ad
duas partes solùm conjuerentur: propterea hi rectè
agunt qui ad mellis fere, aut zuchari ponant, vel circā
arclant. Inuentus autem est syruporuſeruandoꝝ vſus, tu
ut compositiones præsto fint, quando eis inaigemus, tum
quia radices et herbæ omni tempore non sunt, tum quia
compositiones ex mora quodammodo fermentantur. De
nig in vitro circunlitum vas serua. In hoc syrupo nulla
simplicia examinare oportet, quia omnia in examine sim
plicium medicamentorum expofita sunt. Id solum amis
maduertere iubeo, ut pro calamento, calaminta monta
na sumatur, et montanum origanum, vel quod ex Cres
ta ad nos nuper p Illustissimi Ducis nosiri naues coma
portatum est. Quod autem dicit passulas enucleatas, tu
corinthiacam vuam à pediculis muniam intellige. Quæ
re etiam verum calamus aromaticum, et veram spicam,
id est narðum. Inquit eius dosim esse vñciam vnam. Nos
duas etiam exhibemus magno ægrorum cōmodo. Quod
autem addit sumi cū aqua decoctionis spicæ, et alchilii,
spica nostra quæ pseundo spica est, et non vera, grauiſſi-

tum odorem, & ægros lædentem in decoctione facit
 ideo dimittenda, quousq[ue] veram nardum naæti erimus.
 Alchilil verò est libanotis, quam nos rosmarinum voca-
 mus, cuius fleres potius sumendi sunt, quæm herba, vel
 cacumina illa, quibus flores insidentur nos cum alys aquis
 igne eliquatis exhibemus, præsertim cùm Illustrissimus
 Princeps sumit, ne dipliceat. SEN. Si absq[ue] infusione
 ebullire voluerim, debeo'ne omnia simplicia una vice sa-
 mul in aquam coniçere? BRA. Non, sed prius ea pos-
 nantur quæ multam decoctionem patiuntur, deinde quæ
 mediocrem, tertio quæ modicam: vel hunc ordinem ser-
 ues: Primò pyrethrum in decoctionem ponere oportet,
 deinde passulas, mox anisi semen, inde calamentum &
 eriganum, postea stœchada, quam sequatur hæc, &
 pulueres, quas species nuncupatis, piper longum felice &
 nigrum, & zinziber. SEN. Nunc in mentem venit
 syrups alter de stœchade à Mesue in capite de ægritis
 iudæorum. dinibus neruorum descriptus. BRA. Est in principio ca-
 pitis, vbi Iudæum quendam adducit, tamen in isto fine
 speciebus, & illo Iudæi paruam differentiam video, nam
 præcipua simplicia in hoc sunt. Illius autem syrapi per
 mixtio (ne forte quæras) hæc est.

Recipe florum stichados vnc. iiiij.

Halcæ) an. vnc. i.

Ziniā id est ibigæ) an. vnc. i.

Piperis) an. 3. iiiij.

Pirethri) an. 3. iiiij.

Passularum fine interioribus vnc. i.

Coquuntur in libras quatuor aquæ vsq[ue] ad duas, & sa-
pe

SYRUPORVM

63

pæ libram semis fiat syrups. Dosis eius est ab vncia. 10
vſq; ad duas cum aqua alchilil. Vides hæc sola calamen-
tum, origanum, anisum, & gingiber deesse : vna tamen
met intentio est, & ad vnum met finem tendunt: fortè ille
Iudeus imperfectè scriptum reliquit. Ex hoc etiam
syrupo quantitas aquæ sumendæ pro decoctione imper-
fectè habetur. SEN. De hoc syrupo satis dictum est.

BRA. alios igitur prosequaris. SENEX.

Syru^{ps} rosatus simplex quartus in ordine est. Syru^{ps}
BRA. Gaudio plurimum, se in hoc tuo ordine, sy= rosatus
rupos primo loco posuisse, quibus Illustrissimus Prinz simplexo.
ceps & patronus meus Hercules Ferrariæ Dux utitur.
SEN. Ego hoc ordine digessi, quia in pennæ apicem
uenere. BRA. Quicquid sit, ego apud vos pharmacopo-
las, nomine syrapi rosati simplicis tres syrups inuenio.
Vnum, ex infusione rosarum recentium. Alium, ex infus-
ione rosarum siccarum. Tertium, ex succo rosarum.
SEN. Ita est. Sed & quartum habemus, qui rosatus so-
lutiūs appellatur. BRA. Hoc noui, sed tres solūm esse
intelligo, qui sub nomen rosati simplicis veniunt. Ille autem
solutiūs appellatur, non quia simplex non fit, sed
quia soluit, quod aly non faciunt. Ad id autem, quod
erat nobis propositum redeentes, dicimus, inter pharma-
copolas maximam confusionem esse, imò & inter
medicos maximam ignorantiam, & animæ suæ maxi-
mum dispendium, qui pharmacopolarum compositio-
nes ignorant, nec discere curant, sed tanquam cœci fināt
se duci ab ignarioris quandoq; pharmacopolis: nam cùm
pro aegris suis syrupum rosatum simplicem indicunt.

eundem syrum semper non exhibent, quia varijs pharacopoleis varios parant. Sunt enim, qui pro simplici rosato, eum qui de rosis siccis fit, parant, & exhibent magno errore, quia forte restringere non est opus, hic autem restringit, Alij pharmacopole eum pro simplici faciunt qui de jucco rosarum est, alio etiam errore: nam hic soluit, cum forte tunc solutione non indigemus. Alij pro simplici illum parant, qui ex infusione rosarum fit. S. & N. Qui nam pro syrupo rosato simplici sumendus est?

BRA. Is, qui ex infusione rosarum fit, de quo NICOLAUS in Antidotario sub nomine syrapi rosati, qui siccitati & calori febrium succurrit, siue reprimit, recreat, & constipat: fit autem in hunc modum.

Syrupus
osat⁹ simi-
lex a suc-
oro sarri.

Recipe rosas recentes, & pone in vas, & super asperge aqua feraente, & coperiva, ne fumus inde exeat, & cum aqua refrixerit exprime rosas & ejice, deinde eandem aquam ferauentem super alias ferauentes rosas iterum proyce, & supradicto modo facies, tam diu mutando rosas, quoad aqua fiat rubea, deinde in lib. quatuor zuchari pone, & cum bullire inceperit, albumen oui in aqua fririgidam inyce, & aquam simul, atque albumen adeo concuties quoad spumescat, & eam spumam in syrum bullientem impone, & cum spuma nigrescere coepit, suauiter cum spatula remoueas, & iterum aliam spumam infunde, & supradicto modo fac quousque syrus clarior fiat, & cum coepit quasi filum facere, vel supra marmor posatum, vel supra vnguem non diffunditur, coctus est. Haec NICOLAUS. SEN. Hic est syrus rosatus simplex, quem semper parqui, & exhibui, quum

quum medici syrupo rosatu simplicem ordinant. BRA.
 Et hic est, quo vti debet qui præscribunt, & in febribus
 fitim sedare cupiunt, ventriculum roborare, & calorem
 extinguere: nam ille qui ex succo rosarum fit, cōprimens
 do soluit: qui autem ex rosis siccis, nimis adstringit. In
 uno autem de Nicolao, miror, qui huius syrupi descria
 ptionem posuerit, tamen quantitatis rosarum, & aquæ
 normâ omiserit: propterea ego potius Mesue sequerer,
 qui & rosaru, & aquæ pondera docet, & quot vicibus
 infusio fieri debeat, assignata. Hec enim imperfecta regu
 la est, quod toties infundatur, quoties aqua rubra fiat:
 quia aliquibus citius rubra videbitur, alijs tardius. Et ins
 fusionu multiplicatio (vt apparebit) hunc syrum solu
 tuu facit. Ideo Mesuen imitandum suadeo, qui ter tan
 tum infundit, immo cum his tribus infusionibus aqua adeo
 rubra fit vt vinum videatur, & odorem seruat. Ideo ne
 feceris hunc syrum sine ordine, vt triuiales pharmaco
 polæ faciunt, sed Mesuen imiteris ita dicentem.

REcipe foliorum rosarum recentium libras sex, po
 nantur in vas vitriatum terreum stricti orificy, &
 fundantur super eas aquæ calidæ libræ quindecim, &
 stringatur orificium vasis & dimittatur per horas octo,
 tunc denuò colentur, & in vas tantudem foliorum ros
 sarum recentium mittatur, & demum eadem aqua cale
 facta, super ea emittatur, & stringatur orificium similis
 ter per octo horas, & deinde coletur. Et si conseruare
 vuoleris, ponatur in vas vitriatum stricti orificy, & des
 stilletur oleum in orificio eius & stringatur caput eius,
 & exponatur soli per dies quadraginta, & hoc appella

Syrupus
rosat⁹ sim
plex & in
fusione re
sarum re
centium.

Muchas latur Mucharus roſarum. Hæc Mesue. Ut ex his colligere possis, Mesuen bis ſolum infundere, quod ſatis eſt. Tamē ſi alicui ob perfectiores vires tertiam iuſtificationem facere placebit, tertiam faciat. Tamen duæ ſatis ſunt aliter in ſolutiuum tranſiret; nam quinta iuſtificatio hunc syrupum ſoluentem facit. Potius igitur hunc modum iuſtificationis Mesue eligit per conueniens pondus factum, quam illum Nicolai, in quo non eſt ponderis determinatio: ſemper enim illi mihi diſplicuere, qui ſine mensura et ordine agunt. Infuſionem habes: nunc opus eſt modum componendi ſyrupum edocere. Idem Mesue inquit loco prædicto: Si ſumantur iuſtificationis roſarum lib. quinqꝫ, zuchari in quatuor, deinde bulliant leniter ad ſpiffitudinem ſyripi, qualem Nicolaus in ſuo edocuerat, ipſe autem Nicolaus æqualem quantitatem zuchari, et iuſtificationis ſumit, et tūc minori ebullitione indiget, quia citius ad ſpiffitudinem venit. S E N . Quare mucharus appellatur: BRA. Quia mucharus apud Arabes, idem eſt quod iuſtificatio apud Latinos. Ideo dicitur mucharus roſarum, id eſt iuſtificatio roſarum. S E N . Reperitur ne apud antiquos hic ſyrupus: B R A . Quomodo reperiri potest ſi zucharum ignorabant: habebant autem ferre ſimilem ex melle faciūt ut appetat, ſi quis Paulum regi netam legerit libro. VII. capite. XV . ubi Hydrorofatū compositionem parat, inquiens, Hydrorofatū e roſarum detractis vnguibus libris quatuor confici, aque ſextarys quinqꝫ, mellis ſextarys duobus: an ebullire debeat, an non, prætermittit, ſupponens (ut arbitror) ab eo qui tanta parare ſcit, intelligi. Si aliquid igitur fit apud antiquiores

Hydroroſatū.

quiores quod nostro rosato simplici comparari possit,
est hoc hydrorosatum, quod aquam recipit: nos autem
ex infusione roscarum iam dicta, mel rosatum etiam con-
ficiimus: imò vos pharmacopolæ infusionem illam per to-
tum annum ad hunc usum more Mesuæ seruatis. SEN.
Ita est. ERA. Suaderem igitur omnibus pharmacopos-
lis, ut tres syrups ex rosis seruarent: Eum, de quo nus
per egimus ex infusione recentium roscarum, quem vos
lucrum simpliciter, syrupum rosatum simplicem appella-
landum: & eum, qui ex rosis siccis fit, & eodem modo
ut prædictus cōponitur. In hoc tantum differt, quod ro-
sæ sicce sunt, ita enim magis cōstringit, & ventriculum
roborat: quem syrupum de rosis siccis nuncupare debea-
mus. Est autem recentiorum inuentum, quia infusiones
rosarum potius soluunt, præsertim cum transeunt secun-
dam aut tertiam infusionem. Tertius syrupus est ex suc-
co rosarum factus. Sumitur enim succi rosarum rubrare
quantum lubet, & tantundem sacchari, & simul clari-
ficentur, vel utrumque prius quam misceatur, ex albumine
oui clarificatum sit, ut supra edocuimus: deinde ad spissam
studinem syrupi bulliant. Sunt aliqui qui minus sac-
chari ponunt, sed hoc nihil refert, quia deinde magis
bullit. Hic autem syrupus, de succo rosarum appellan-
dus est, qui si in quātitate sufficiēt exhibetur, soluit:
ut si tres unciae sumantur. Itaque fit Mel rosatum ex suc-
co rosarum & ex infusione rosarum, quam (ut supra
diximus) pharmacopolæ seruant. SEN. Quum de sy-
rupis rosaceis sermo interciderit, non ab re forte erit, &
de solutiō tractare, BRASAVO. Imò conues-

Mel rosat
ex succi
rosarum.
Mel rosa-
tum ex infu-
sione rosarum.

nientissimum erit: nam & ipse simplex est, sed ad alios
 rum differentiam solutius nuncupatur. Est idem cum sy-
 rupo rosato simplici: hoc dempto, quod plures infusio-
 nes habet. Si quintam infusionem habuerit, soluit, sed in
 bona exquisitissimè. A vobis ex communibus rosis pa-
 ratur cum potius ex valde rubris fieri deberet. Sed &
 ex vocatis damascenis plerisque ab aliquibus fit, & mas-
 gis soluit quam ex alijs. Tres vnicæ exquisitè soluunt,
 quatuor autem exquisitissimè. Si cum aqua endiuicæ, aut
 alterius herbæ secundum intentionem ægritudinis mis-
 sceatar, adeò ut bibi possit, subtile materias & aquosas
 potissimum trahit, & à venis & ad omni parte corporis:
 quamvis nonnulli, ex vijs solum ducere putarint. Ex
 perientia autem rerum magistra ab omni membro duce-
 re suadet: flatus autem per ventrem excitat, nisi aniso,
 cinamome, fœniculo' ue corrigatur. Nouus est syrpus,
 id est qui non multo ante tempore in usum venerit, quem
 tamen sine molestia cestino tempore educat. Ego etiam
 ex melle parari iubeo, ut hyeme sumi possit. Nihil aliud
 additur illi, quem Mesue parat, nisi quod infusiones
 multiplicantur. Scito autem aliū syrumpum solutium ro-
 posatus so- Syrupus faceum apud Auicennam inueniri lib. III. canoni, fen-
 'utiuss XXII. tracta. II. capite. XX. Sed ipsum facit ex succo, non ex infusione. Recipit autem succi rosarum libras
 duas, mellis lib. quatuor, scamony assati vnc. i. decoquan-
 tur, quo usque inspissetur: & eius dosis est à duabus usque
 ad quinq. Ego autem intelligo à duabus drachmis usque
 ad quinq. SEN. Electuarium rosatum Mesue, idem fere
 est nonnullis additis. BRA. De electuaris nihil in præ-
 sente

fenti curæ sit, sed tantum syrups tractemus. SEN. Mis-
rum est antiquos suum hydrorosatum nō ebullisse. BRA.
Imò ebulliebant. SEN. Tamen Paulum suprà adduxis-
isti, qui de ebullitione nihil locutus est. BRA. Subintel-
ligenda erat in Paulo tanquam res prænecessaria: nam si
Aëtiū legeris lib. V. capi. CXXXVIII. videbis ebul-
litionem edocere, & quod ad consumptionem tertię par-
tis fieri debeat, ut est etiam apud recentiores in decoctio-
nibus mos. Inquit enim rosarum recentium reselectis vng-
guibus, & in umbra integro die cum sua nocte flaccida-
rum, libram unam, mellis sextariū unum, pluuialis aquae
ad tertias decoctæ sextarios tres: vt nouem in quam sexs-
taria, ad tria tantum feruescendo perueniant. In ferues-
centem adhuc protinus ab igne remotam, rosas langues-
factas conycito, atq; in vase exquisitissimè obturato ser-
uabis: postridie aquæ excolatae, expressis abiectisq; ros-
sis, mel admiscebis, totumq; in fictile vitriatum excipies,
& aliquot diebus insolabis: postremò in vinaria cella re-
condes: quod longè magis infrigidat, quàm mel rosatum.
Ex quo vides ebullitionem fieri, non autem vt nos: quipa-
pe nos post mellis miscellam ebullitionē facimus, illi ana-
te. Nos etiam experti sumus hydrorosatum antiquorum
pararet sed citò corrūpitur, nisi in frigidissimo loco ser-
uetur. Ideo nos & commodius, & felicius nostros syru-
pos rosaceos aut ex melle aut saccharo paramus, qui per
totum annum seruantur: quod antiqui æquè leuicer fas-
cere nō possunt, nisi frigidum locum fibi elegerint. Ideo
Aëtius dicit in vinaria cella seruari. Eodem autem mo-
do, quo syrups rosatus solutiūs fit, iubeo syrumpum se-

yrupus lutuum ex floribus perficorum fieri, qui bilioſas materias educit & subtileſ, odoratus multum, & qui ſex inſuſionibus perfectus eſt, perfectiſſimus ſi septem fiant, & qui optimi gūſtus eſt, & in ardentib⁹ febribus reſrigerat. SEN. De ſyrupis ex roſis ſatis dictum eſſet, ſi mel rosatum explicuiſſes. BRA. Ea quæ diſta fuſt, ſatiſtis eſſe potuerunt, niſi ad abūdantiorem doctrinam adſerere voluerimus, triplex, imò quadruplex mel rosatum fieri debere: Vnum, quod roſas integras recipit, potius ruplex. inter eclegmatā numerandum, ſicut & zucharum roſatum. Intellige autem ex integris roſis, non quia conteri non debeant & contundi: ſed ex integris, id eſt non ex ſucco, ſed ex folijs, detractis vnguibus. Præparatur autem hoc modo apud omnes pharmacopolas: ſed antiqua præparatio non eſt, pro quacunq; libra mellis vncias quatuor foliorum roſarum accipiunt. Eodem etiā modo zucharum rosatum conficiunt, vncys quatuor roſarū, liabram vnam zuchari exhibentes, & in feruentem ſolem ponunt. Sed de his aliās. Ad mel rosatum colatum veniamus, in quo omnes pharmacopolæ maximè errant. SEN. Quomodo in hac re tam facili, tamq; vulgata era rare poſſumus? BRA. Errorem manifeſtē oſtendam. SEN. Nunquam crediderim, niſi hiſ oculis viderim. BRA. Si quiete audies, quod dixi verum eſſe percipies. SEN. Citò expediās. BRA. Non' ne pharmacopolæ errabunt ſi nec antiquos, nec recentes authores ſequentur, in re tamen, quā antiqui, & recentes parare docent: imò & iſi pharmacopolæ recentes ſe imitari fatentur. SEN. Si hoc oſtendes, deinceps filebo, & verū ſequar: ſed

Sed per recentes quos intelligis? B R A. Nicolaum vestrū, qui Antidotarium scripsit, sed ignarus quid significet nomen Antidotus, si ipsum legeris, differentiam inter nostrū mel rosatum, & illud Nicolai manifestè percipies. Dic (ni refugis) quomodo vos mel rosatum paratis? S E N. Duo mellis rosati genera habemus: Alterum colatum, alterum non colatum. Non colatum fit vnicuique libræ mellis vncias quatuor foliorum, vnguibus remotis exhibendo. B R A. De hoc in eclegmatibus loquemur, de colato nunc sermo fiat. S E N. Colatum ex infusione rosarum secundum Nicolaum aut Mesuen facta paramus, tantudem mellis, quantum infusionis sumentes: & ad formam syrapi ebullire faciētes, quæ est quoties sumpta gutta supra vnguem non diffliuit, aut si digitis compressa cùm aperiuntur in se se resiliat. B R A. Quis edocuit vos mel rosatum ita parare? S E N. Ego à præceptoribus laudatissimis pharmacopolis didici, tamen in nullo libro legi: puto alios ita fecisse, propterea in usum cesserit. B R A. Non possum negare hoc mel rosatum ex infusione aliquid conferre, & vim rosarum seruare: etiam cùm antiquiores & recentes de aliqua re optimè sentientes habeamus, eos potius imitari debemus, quam usum aliquem sine ratione factum. S E N. Ita est. B R A. Lege in primis vestrū Nicolaum, quomodo mel rosatum paret, ventriculum roborans & abstergens, & frigidas materias concoquens. En Nicolai liber, eius compositionem lege. S E N E X. In decem libras albissimi & purissimi mellis despumati succi recentium rosatum libram unam, ponantur in cacabo ad ignem, & cùm

Mel ro
tū colat
& non

bullire inceperit, viridium rosarū cum forficibus vel cul
tello incisarum libras quatuor addas, & tam diu bulliat,
quod ad succi cōsumptionē veniat, & cūm bullierit sem
per agitetur & in fictili vase posito, quandiu magis te
nebitur, tanto melius erit. Hæc Nicolaus. B.R.A. Cur al
bissimum mel accipi iubet? S.E.N. Quoniam album mel
alijs perfectius est. B.R.A. Nescio vnde hoc inuenerit
Nicolaus, & tu affirmare possis, quod mel album alia
excedat. S.E.N. Ita semper audiui. B.R.A. Si Dioscoris
dem legisses, didicisses, mel optimum subrutilum esse,
non album, & vt Plinius inquit cap. XV. vndecimi lis
bri, aurei coloris, quod sit è thymo. Ideo mel album sus
mi non debet quando optimum mel quærimus, sed sub
rutilum, vel aureum colore. Quod autem addit, dispu
mandum esse, multum conuenit, vt flatuosæ partes de
mantur, & sine noxa mel rosatum fiat. S.E.N. Mesue
habuit' ne sermonem de ipso? B.R.A. In melle rosato
ipsum quodammodo adumbravit, vbi dicit, aliquos ex
succo, folijs, & melle fecisse, tamen eadem mensura non
est, nec idem pondus, quoniam vult foliorum rosarum
partem vnam & semis, succi partem vnam & semis,
mellis partes tres sumi. Quicquid autem sit, Nicolaum
potius, quam Mesuen, aut alium recentem in hoc sequi
debemus. S.E.N. Quo ordine mel rosatum antiquiores
fecere? B.R.A. Dioscorides de rhodomelle tractat lib.
V. sed quomodo fiat non docet. Id tantum dicit, quoſ
dam ex succo rosarum, & melle conficere, quod rhodo
meli appellant, arteriæ asperitatibus vtile. Sed Aëtius
lib. V. capite. CXXXVII. mellis rosati confectionem
in

hodo^{ss}

in hunc modum fieri docet: succi rosarū ex ecclis vnguis
bus, partes tres, mellis partem vnam, calido soli pluribus
diebus exponitur. Si verò aér sit nubilus, & non appa-
reat sol, mel rosatū cribro setaceo rariori excolabis, mis-
tioribus carbonibus decoques. SEN. Refert' ne eius vires
Aëtius: BRA. Imò refert. Inquit enim: Leniter adstrin-
git, refrigerandiq; potestate vollet, ac non nihil, mellis ra-
tione abstergit. Habet & quid subamari, & molliter
acris: video ori confert, quod calida inflammatione ob fer-
quentes distillationis defluxum laborebat, & ventriculo, ad
quem humores acres, & biliosi defluant, post vomitum
medetur, ad stomachum etiam absq; materia œstuantem,
& ad febricitates in totius morbi, atq; in particularis
quoq; accessionis vigore constitutos ut iliter exhibetur.
Sæpen numero enim in febribus vna tatum largior potio
congruo tempore exhibita, ad integrum morbi solutio-
nem sufficit procurato sudore, ac citata aluoznam præ-
cæteris cunctis potionibus, mel rosaceum potentissimum
est ad acutos humores per aluum ducendos, Hactenus
Aëtius. SEN. Pretiosissima res est mel rosatum, sed eoc
dem modo non fit ab Aëtio, & Nicolao. BRA. Non
equidem. Nam apud Nicolaum copia mellis maior est,
quam apud Aëtium: nec Aëtius folia ponit, quæ Nico-
laus addebat. SEN. Tu autem quod mel rosatum ma-
gis laudas? BRA. Quod ab Aëtio describitur, quoniam
succi rosarum magis sumit, quam mellis. In succo autem
vires sunt. Adde, mel rosatum Nicolai ad potum ineptū
esse, nisi alicui aquæ misceatur. Quod autem ab Aëtio
fit, per se potabile est: & quod est apud Nicolaum, cale-

vires
Aët.

cæteris
potio

facit, nec illud in acutis febribus exhiberem. Quod autem apud Aëtium est, ad temperiem vergit, & potius in frigiditatem transit. Ideo in acutis febribus Aëtius suum potui dat. S E N. Seruant' ne perpetuò Græci modum conficiendi Aëtij? B R. A. Seruant multi. Tamen Heraclitus putat idem esse Aëtij Rhodomel, quod Pauli Rhodostacti, quum tamen non sit: licet Rhodostacti succum rosarum, & mel recipiat. Differentia autem est in pondere, nam Aëtij rhodomel tres partes succi rosarum recipit, & vnam mellis. Sed Pauli rhodostacti duas partes succi rosarum sumit, & vnam mellis. Quippe compositio rhodostacti Pauli, quæ habetur lib. VII. capite. XV. ita habet: Succi rosarū, vnguibus detractis, sextarios duos, mellis sextarium vnum, decoquito usq[ue] despumando, donec pars quarta coctura evanescat. Habet præterea compositionem quandam Paulus, quam Rhæti appellat, præcitato loco, inquiens: Decoquito ad tertias succi rosarum sextarios treis, mellis sextarios quinq[ue]. Quæ compositio cum præscriptis affinis est. S E N. Hæc plus recipit mellis, ideo melli rosato Nicolai magis propinqua videtur. Dic autem tu quam compositionem magis sequereris? B R A. Voluerim pharmacopolas succum rosarum seruare, postea modo vnū, modo aliud (vt ex petit morbus) componere. In acutis febribus Aëtij rhodomel parato. Cum ventriculum roborare volueris, & pituitam excerni, melle rosato Nicolai utaris. Pauli rhodostacte vehementius est, quam Aëtij Rhodomel, quoniam mellis maiorem copiam recipit. Adhuc vehementius ad incidendum rhæti eiusdem Pauli est. S E N.

Nicolai

hodo=
acte.

bæti.

SYRUPORVM 75

Nicolai mel rosatum tantum rosarum tempore fieri potest. BRASA. Ita est: sed Pauli, & Aëty compositiones omni tempore parantur: quia toto anno rosarum succum integrè seruatis. Ab uno autem abstinere non possum, aliquos esse, qui mel rosatum colatum faciunt ex melle rosato cum folijs exprimendo: propterea discunt colatum appellari, non animaduertentes, ubi sucus ingreditur, necessarium esse percolari. SEN. unum in syrupo rosato solutio considerandum omisimus. Syrupus
BRASAVOLVS. Quid est hoc? SENEX. An æquas
partes infusionis, & zuchari, an minorem, an maiorem sumere debeat. BRASA. Si haec obseruabis, quæ tibi aperiemus vera esse deprehendes. Pro omni libra sacchari, libram unam & semis infusionis accipito, & ad mellis spissitudinem ebullire sinas: tunc mirè soluit, & quandam utilem amaritudinem enanciscitur. Sunt autem qui æquæ sacchari librâ, & infusionis miscet, & minus soluit. Ineptissime autem soluit, si octo unciae infusionis & libra una zuchari sumantur: quod faciunt plures pharmacopolæ Ferrariæ. SENEX. Ita certe est.

BRASAVOLVS. Hac re multum perturbor, quos niam plerunq; quatuor uncias syrapi rosati soluti exhibeo: & nihil penitus soluunt: alias duæ, aut tres unciae mirè educunt. Breui autem futurum speramus, quod omnes pharmacopolæ (in nostra præsertim urbe) omnes compositiones eodem modo parabunt: & ab Illustriſſimo principe nostro publico proclaimate iubebitur: nam ut iustissimus est princeps, ita, ne populis sui ex pharamacopolarum & medicorum ignavia pereat, procurabit.

SEN. E quissimi principis munus hoc erit. Sed arbiter, circa maiora occupatissimum harum rerum non recordari. BRA. Imò nihil est, quod eius profundissimam memoriam effugiat: nempe omnia etiam minutula, tanquam præsentia sint, intuetur, & consecutatur. Neminem adhuc reperi, qui Illustrissimum Herculem memoria nō quidem superaret, sed æquaret: & qui his duobus sensibus impensis vigeret, auditu, & visu, qui sunt discipuliæ sensus. Tempus autem est ad alios syrups transire.

SENEX.

Yrup⁹ vio
latus com
ositus,

Syrum violatus accedit. BRA. Et hoc etiam illius strissimus princeps noster vtitur, cum destillationes sub cane ad pectora fluunt, dum apros sub ardenti sole & feras voraces insectatur. Tamen apud authores syrapi ex violis, aut violati diuersi reperiuntur: nempe unus est de succo violarum: aliis ex violarū infusione factus: aliis ex decoctione, quem Mesue scribit. Vos quo utimini? SEN. Nos Mesuen imitamur, qui in hunc modum syrum de violis parari iubet, & his verbis.
Recipe violarum vnc. ij.

Seminum cydoniorum)	añ. 5.	vij.
Seminum maluæ)		

Iuiubarum)	añ. nu.	xx.
Sebeste)		

Coquantur in libras sex aquæ cucurbitæ, ad cōsumptio nem tertiae partis: deinde addas zuchari libram unam & semis, & syrum facias secundum artem. Hic est syrum, quo in publicis officinis vtimur. BRA. Cū igitur syrum violati præscribo, hunc exhibetis: SEN. Hac.

BRA.

BRA. At ego quoties absolute syrum violatum præ
scribebam, eum sumendum intelligebam qui ex violarū
infusione fit. SEN. A quo ponitur is, quem intelligis?

BRA. A Mesue ipso, & Nicolao: Mesue enim in prin-
cipio tractatus de syris simul ac semel infusionis rosa-
rum & violarum operationem docet. Sumi enim debene
foliorum recētium violarum libræ sex, & in vitreatum
vas terreum stricti orificij poni: deinde supra ipsa, aquæ
calidæ libras quindecim impone, & orificiū vasis bene
obturato: itaq; per octo horas dimitto, postea colato, et
iterum in vas alias sex lib. violarum, id est foliorum ex
floribus violarum ponito, & eandem aquam calidā per
octo horas superingerito, deinde percolato & in vitrea
cum vas stricti oris seruetur, deinde superponendo, &
obturando, Soliq; per quadraginta dies exponatur:
Tuncq; Mucharus violarum nuncupatur. Hæc est apud Muchas
rus vio-
larum.
Mesuen infusionis violarum preparatio, qua vtitur ad
parandum syrum violarum ex infusione violarū. Taz-
men non ita præparatur apud omnes, quia Nicolaus ex-
cedit numerum duarum infusionum. SEN. Debemus ne
eo vti, antequā sit p quadraginta dies insolitus? BRA.
Si eo indigemus, protinus fit sine aliqua mora in solez
sed cùm seruare voluerimus, ne corrumpatur, p quadra-
ginta dies insolatur. SEN. Aliquos vidi, qui Iuleb vios-
tatum ex infusione ita parabant. BRA. Et ita fieri nihil
impedit. Tamen communis mos est vt ex aqua vi ignis
eliquata & zucharo fiat. Non defuere tamen, qui cum
violarum succo pararent, & qui cum infusione violarum
vridarum, cùm recentes defunt. Sed minus efficax est.

De eo, quod ex violarum succo fit à Mesue tractatur, quod
vult sumendas esse succi violarum libras tres, zuchari lè
bras duas, & decoquatur. SEN. Nos semper ex aqua
iuleb vio vi ignis eliquata iuleb nostrum facimus. BRA. Tamen
atum ex de hac aqua per ignis vim eliquata, apud hos authores
qvi ignis sermo non fit. Nam Mesuæ, cui hoc iuleb attribuitur, tā
liquata, tum vel ex infusione, vel ex succo violarum fieri iubet;
ex aqua autem igne eliquata fieri nunquam meminit,
quamvis & hoc iuleb suave sit, & non aspernandum.
Vnde in his iuleb hunc ordinem ponimus, ut id ex aqua
igne eliquata factum primum locum habeat, quia cœte-
ris debilius, tamen suavius. Isto autem an potentius sit,
quod ex succo violarum paratur, an quod ex infusione,
in dubio est. Id quod ex succo est, violæ substantiam re-
cipit; quod autem ex infusione fit, superficiales partes
sumit, quæ magis lenientes sunt. Ideo secundum locum
habet quod ex infusione fit. Tertium, quod ex succo.
SEN. Nos id tantum paramus, quod ex aqua vi ignis
eliquata fit, tamen & alia iuleb genera parare conuenia-
ret, sed omitti possunt, quia syrups eodē ferè modo cō-
fectos habere oportebit; alterum de infusione violarum;
alterum de succo violarum, quibus loco iuleb uti potera-
mus. SEN. Fient' ne eodem modo syrups? BRA. Omnia
no ex solo succo & zucharo, vel sola infusione & zu-
charo fiunt, sed apud nostros pharmacopolas in his con-
diendis syrups varius est mos. SEN. Nos non utimur.
BRA. Aliqui sunt qui fecere, sed inter se non conues-
niunt; quippe in syrupo de succo violarum quidam sex
vncias succi, & librâ zuchari accipiunt; alijs octo vncias
succi

succi & libram zuchari: alij æquales partes zuchari, &
succii: alij quatuor vncias succi, & libram zuchari, euna
dem morem in syrupo isto de succo violarum seruarivo
lentes, qui in zucharo rosato, & violato ex integris ro
sis, & violis seruatur. Sicut enim in illo pro qualibet zu
chari libra, vnciæ quatuor rosarum ponuntur, ita hic pro
qualibet zuchari libra quatuor vncias succi rosarum po
nunt. SEN. Res adeò inconstans est, vt quem sequi de
beam ignorem. BRA. Ego autem te edocebo, vt errare
non possis. SEN. Tibi plurimum debebo. BRA. Nō' ne
hoc factum putabis, si in Mesuæ conficiendi modum
ostendam: SEN. Certe, sed nusquam locū animaduerti.
BRA. Lege modum faciendi iuleb de succo violarum Iuleb vii
apud Mejuen, vbi accipit succi violarum libras tres, zu latum e
chari libras duas, & iubet cum facilitate coqui: hinc ras succo vic
tio sumitur condiendi syrupum de succo violar. SEN. larum.
Est modus parandi iuleb, non syrum. BRA. Quam
differentiam facis inter iuleb & syrum? nam & iuleb
syrum est: Græci recentes zulapon vocant, quod recen
tes iuleb quasi succū vel ex succo. Imò, & Iu apud bars
baras quasdam nationes succum signat: & cur non Ioh
lebum eo quòd in eum viola infundatur: i' or viola est,
æ'c'eo infundo: vnde fieri potuit i' o'c'e'or. Quamvis hanc
vocē barbaris quam Græcis magis esse cōsuetā, & Rea
uerendissimus COELIVS Calcagninus iudicet. SEN.
Putabā iuleb à syrupo differre, quia suauior & limpia
dior esset. BRA. Hæc nō est differentia, sed q'a syrum
magis decoctur, quā iuleb, & i multis syris plura po
nitur, in iuleb simpliciter vñā. Proprieta sī syruſ de

succo violarum parabis, eandem mensuram seruare debes quam Mesue in iuleb seruat: sed tu postea decoctionem augeras. SEN. Hoc non displicet. Verum et in illo syrupo, qui ex infusione violarum fit, pharmacopolas distinctos video: ut aliqui plus, aliqui minus decoctionis pro zuchari portione sumant. BRA. Habet tamen apud Mesuen generalem regulam conficiendi: statim in principio tractatus de syrupis, ubi operationis iuleb ex infusione modum ponit, videlicet quinqu infusionis libras suas medas esse, et quatuor zuchari, et paulatim coquantur, itaque; iuleb fit: si vero parum plus ebullire feceris, syrups erit. Unde tres syrapi violati inueniuntur, et in officinis seruari debent, ex succo violarum, ex infusione violarum, et violatus compositus. Cum autem simpliciter syrups violatus ordinatur, eum intelligere opus est, qui ex succo violarum fit, et simplex est. Is vero qui fit ex succo, cum additione indici debet, syrups ex succo violarum. Tertius, qui his fortior est, et qui plura recipit, debet cum hac additione indici, syrups violatus compitus. Itaque; nullus error fiet. Imo etiam tot syrups per gradus distinctos habere conuenit, quoniam aegritudines per gradus distinctae sunt: unus enim syrups vni aegritudini, et alter alteri magis conuenit. SEN. Deinceps omnes parabo. Sed in condiendo syrupo de succo violarum non nulli aequas partes succi, et zuchari accipiunt, regulam huius rei a syrupo de fumo terrae maiori sumentes, in quo equales partes succi, et fumi terrae ponit. BRA. At is syrpus non potest esse conueniens regula ad hunc, quia illum multa alia ingrediuntur praeter succum fumi terre,

SYRUPORVM 31

in hoc solus violarum succus ponitur. Ideo non mirum se copia Zuchari in eo de fumo terre sit maior. Ideo potius laudo, ut à Iuleb de succo violarū modo iam dicto nor mam sumas. De his autem syrups, & si à Mesue dicantur leniendo soluere, copiam notabilem exhibui ad vncias sex perueniendo, tamen nihil penitus eduxere: in aliquibus parum. SEN. Igitur tres syrups violaceos parabo. BRA. Nec aliquem prætermittere debes, sed quando compositum syrupum facies, prima quæ decocationem ingredientur, sint iuiubæ & sebestem: deinde semina maluæ & cydoniorum, deniq; violæ: quoniam minimam decocationem patiuntur, ut violarū capite Mesue docuerat. Deniq; ut de hoc syrupo finiam, scito, alias mihi fuisse suspectos syrups & potiones, quæ iuiubas reciperent: quoniam ab antiquis dānantur. Quippe Galenus secundo de alimentorum facultatibus, serica damnat. Sunt autē apud Græcos serica, quæ apud Latinos Zizipha appellantur. Inquit autem Galenus, solum appeti ab insolentibus, & effrenatis pueris, ac mulieribus, nam imbecillissima sunt, & difficillimè concoquuntur, cumq; hoc stomacho inutilia sunt. Damnatur præterea ob Oribasio, Paulo, Aëtio, quæ & aliquibus serica nuncupantur: tamen dulcedinem quandam habent emollientē, quæ pectoribus conuenit: propterea non dubito tussi ex materia calida factæ & his pectorū intemperiebus valere, vbi materiam crassiusculam reddere opus sit. SEN. Reperiuntur ne apud antiquos Zuchari ad succos proportiones? BRA. Ex Paulo Egineta elici possunt, capite. XV. septimi lib. vbi compositionem.

*serica
ex sagm
dona.*

Serica

EXAMEN

quam appellat Rhodostacti, docet: in qua sumit succi ro-
sarum sextarios duos, mellis sextarium vnum, decoquito
vsg̃ despumando, donec pars quarta cocture euaneat.

SEN. Ex hoc loco Zuchari proportionem ad succum fa-
cile elicio, quamuis ipsi mel Zuchari loco ponerent, quia
ipsis Zucharum ignotum erat. BRA. Propterea Mes-
sue non ab re maiorem portionem succi, minorem Zu-
chari ponit, quamuis dimidium præcise non ponat.

SEN. Reperitur' ne syrups violatus compositus alia-
ter descriptus? BRA. Evidem reperitur, & Messue
in capite de pleuresi, in sermone in aqua cicerum duas
descriptions assignat: Alteram Ioanitij, alteram Hae-
mech, quæ ab hac differunt, licet non multum. SEN.
Adducas ni piget. BRASAVOLVS. En Ioanitij
syrups in primis.

Recipe violarum recentium)			
Seminum cydoniorum)	añ.	5.	x.
Seminum citruli)			
Seminum maluæ		5.	xij.	
Gummi arabici		5.	vij.	
Dragaganti		5.	iy.	

Super hæc libras septem aquæ calide fundas, & per
diem ac noctem permittuntur: postea ad consumptio-
nem medietatis bulliant: deinde cum duabus libris &
semis penidiarum fiat syrups. SEN. Hic syrups no-
strum multum excedere videtur. BRASAVOLVS.
Certè multum exedit, nec dandus esset, nisi maiori
attenuatione indigeremus. Nunc illum Hamech aus-
dias.

Beceipe

SYRUPORVM 83

Recipe violarum vnc. ii.

Seminum cydoniorum)

Maluæ) an. vnc. i.

Iuiubarum)

Sebestem) an. nu. xxx.

In septem aquæ cucurbicæ libras ad consumptionem
tertiæ partis decoque, & cum duabus Zuchari libris fia
syrupus. SEN. Hic à nostro, quem paramus, non mult
um differt. BRA. Imò eum esse arbitror, quo utimur
& ubi differunt, librariorū error fuit: quippe Mesue ab
Hamech sumpfit. Addoq; tibi alium syrupū de violis à
Serapione edoceri, Tractatu. VII. capi. XXIII. quem
si legere volueris, simplicem esse ex infusione violarum
percipies. Sed de hoc iam satis. SEN. Nondū satis erit,
nisi in primis admonueris, an ex siccis violis fieri possit.
BRA. Fieri quidem potest, sed inefficax est: propterea
& succum, & infusionem serua, & magnam syrupi vio
lati compositi copiam, cùm violæ florescunt, ad totius an
ni usum parane ex siccis violis parare cogaris, quæ mi
nus frigidæ, & minus humidæ sunt, quam recentes, nec
leniunt: quod præcipue in hoc syrupo exigitur.

SENEX.

Syrupus iuiubinus in ordinem venit. BRA. In hoc Syrupus
etiam vos composito, & non simplici utimini. Est iuiubinu
autem iuiubinus simplex is quem Mesue Iuleb iuiubis
num appellat: & re vera conueniret hunc syrupum per
se distinctum fieri: nam ubi non magna pectoris asperis
tas adest, & sputum tenue ac subtile sit, ut incrassatio
ne indigeamus, sed non magna, tunc simplici syrupo

iuiubino uti oportebit. Cum autem intensa materierum incrassatione indigerimus, cōposito iuiubino utemur. In simplici autem centum iuiubæ in quatuor aquæ libris ad medietatem resolutionis aquæ coquuntur, et cū una Zuchari libra syrups fit. S E N. Quam aquam sumere debemus? BRA. Alias de aquis disputatum fuit à recentibus.

Aqua plu tibus, et conclusum pluialem aquam in syrups pectos uialis i sy ralibus sumendam esse, quoniam tenuior sit, et magis rups pē penetrans, quam aliæ: quia ex vaporibus facta, hinc ut etoralib⁹ ad pectoris partes penetret, magis efficacem esse, et assūmenda. ptam existimarunt. Nos autem non ita simpliciter hanc rem inferendam censemus: sed Galeni sententiæ inhærentes primo de simplicium medicamentorum facultatis bus, capite quarto, dicimus: Quanto aqua est magis simp̄plex, tanto frigidior est; propterea ubi refrigeratione indigemus et incrassatione, ut in hoc syrupo iuiubino,

Aqua fon pluialem aquam sumendam iudicare: ubi autem infritis, in quis gidatione, aut incrassatione non indigemus, aquam fons bus sumen tis sumerem. Verum hæc non sunt hoc loco discutiendas da.

Sed satis sit apud antiquos talem differentiam aquarum non fieri, sed eam tantum quæ sit pura, quam Galenus lib. sux̄ rā citato capi. V. ex tribus sensibus iudicat, gustu, visu, et odoratu, et sit expers qualitatis, et nihil in gustum imprimit, ut sit planè perlucida, ac syncera; ut in odore nullam habeat qualitatem, tunc iudica aqua esse puram, et illam esse quæ syrups et medicamenta ingredi debeat. Quod autem à recentibus creditur pluviales aquas magis penetrare, ab Aëtio non creditur, qui cap.

CLXXV. libri tertii, aquam pluialem fontanæ com parans,

parans, inquit: Plus enim habet constipationis quam fons
tana. Ideo neque abstergit facile, neque coquit, neque madefacit,
et excretiones impedit: quod si alicubi moram tra-
xerit, magis adhuc constipat, tardiorisq; transitus fit,
egestiones detinet, tardius cōcoquuntur, distribuiturq;, ac
destillationes gignit. Hæc Aëtius de pluuiali aqua. Et
Pli.lib.XXXI.capi.III.eorum opinionē grauiter res
darguit, qui aquas pluuiales probat: imò inquit, horum
sentētiā refellere interressē vitæ. S E N. Nō videtur q;
pectorales decoctiones probè ingredi possit: tamē Paulus
eā laudat cap.L primi libri, inquiēt: Cœlestis præ-
terea aqua, teste Hippocrate, nullo pôdere grauis, dul-
ciore abūdāti, limpiditate neutiā vulgari, tenuitate de-
niq; cēsetur, eo quod à sole leuissimū trahatur, et tenuis-
simū. B R A. Id ex Hippocratis sentētia dicit Paulus,
qui tenuissimā aquā laudauit. Sed aqua duobus modis
cōsideratur. Vno modo ratione qua elemētū est. Altero,
ut nostrū corpus ingreditur. Ratione qua elemētum, et
frigida, ac tenuis est ab Hippocrate, et Paulo pluuialis
summe laudatur. At hæc eadē pluuialis ab Aëtio, ut nos-
strū corpus ingreditur, dānatur. Propterea et Paulus
præcitato loco inquit omniū aquarū pluuialem maximē
putrefcere (quamvis Auicēna in syrupo de papauere pri-
mo oppositū dicat) quia ex qualitatibus diuersis cōstat.
Ex marina enim aqua et alys eleuatur: tamen (inquit
Paulus) et si facillime putrefcat, ob hoc nō est existimā-
da deterrima, nam alterationis proclinitas virtuti magis
quam vitio adscribēda est. Quapropter quæ inculpate
aque indicys prædicta, facile putrefcit, saluberrimacēt.

senda est. Hoc intelligo ratione qua aqua. Et hæc verba
Pauli, & Hippocratis de perfectione aquæ ut aqua lo-
quètiū, nō aut̄ vt à nostro corpore sumēda, in causa fue-
re, vt recētes putarint, i omnibus affectibus pectoris plu-
zialē sumēdā. Sed hæc aliās disputāda sunt: Nunc syru-
pū de iuiubis Mesue prosequamur: Hic autē est, vt possa-
sim in omnibus ferè scriptum authoribus reperitur.

Recipe iuiubarum lib. x.

Violarum)

Seminum maluæ) añ. vnc. v.

Capillorum Veneris vnc. i.

Seminum cydoniorum)

Papaueris)

Melonis) añ. 3. ij.

Laetucæ)

Dragaganti)

Liquiritiæ)

Ordei mundi) añ. 3. viij.

Decoque in libras quatuor aquæ fontium, et cū libris
duabus zuchari fiat syrups. SEN. Hic est re vera iuiu-
binus apud Mesuen syrups, tamē ipsum hoc modo nun-
quā parare potui, sed opus fuit semper, vel aquā auges-
re vel zīziphia diminuere. BRA. Nō possum nō credere
descriptions has mēdoſas esse: nēpe zīziphia aquā lon-
gē superāt, vnde si decē libræ zīziphorum in quatuor
aquæ libras bulliant, potius eclegma fiet quām syrups:
imò nel nō posset, vel ægre bulliret. Propterea arbitror
errorē potius esse in zīziphis, quām in aqua: hunc enim
syrupum puto proportionē habere ad iuleb iuiubinū, in

quo

quo etiam quatuor aquæ libré ingrediuntur: sed quia hic
centū iuiubas accipit, & nihil aliud ingreditur, hic sexa
ginta iuiubas sumendas puto, vel cētū, nō aut̄ centū quin
quaginta, vt nōnulli accepere. Verū sexaginta sumendas
potius laudo, quoniā & antiquū Mesue habeo ita incis
piété: Accipe iuiubas sexaginta: & potius enumerandæ
sunt, quām pōdere describēd̄, quia si pōdere tradātur,
opus est semina extrahere. SEN. Propter qd̄? BRA.
Quoniā hæc est, & esse debet vniuersalis regula apud *Nouatus re*
pharmacopolas, vbi inueneris apud authores sebestem, *Eccl impol*
pruna, iuiubas, tamarindos, per pōdus in suis receptio
nibus descripta, semina abstrahēda sunt, & projiciēda *Phorac tri*
vbi autē per numerum ponūtur, semina extrahere nō est *magis gebat*
opus, vt in hoc loco. Quare legendū puto vt meus anti
quis Mesue habet, iuiubas sexaginta. In alia etiam re er
ror est, vbi enim legitur violarū, seminū maluæ vnc. v+
legi debet drach. v. vt ille antiquus Mesue citatus habet,
qui in multis multo emendatior est: & vbi recētes violæ
haberi possunt, recētes semper accipias, quoniā siccæ vi
res mutant. SEN. Quid de iuiubis? Sunt' ne recētes, an
siccæ sumendæ? BRA. Recētes potius, sed bene matus
ræ. Sunt autē bene maturæ cū rugosæ fiūt, & dulciores:
acquirūt aut̄ & perfectā maturitatē ab arbore remotæ,
quia humiditas qdā crassa resoluitur, & rugosæ ac dul
ciores fiūt, dulcedine quadā emolliēt. Propterea & si
à Galeno & antiquioribus reprobētur, tamē ad incrass
sandā materiā probè valēt, & maximè prosunt. Sumun
tur recentes bene maturæ: cūm verò recētes defint siccæ
cas accipito, non quidem siccitate extrema: sed tali vt

intus sit mollities illa suæ carnis sub corio prædulcis: quales sunt eæ, quas Ferrariæses mulieres filo cōsuūt & fenestris suspensas seruant, priusquam sextum mensem trāsierint. Pro semine papaueris, de albi papaueris semine intelligito: pro ordeo mūdo, intellige à suis corticibus, ut vis abstersiua abeat, & lenitiua remaneat. Cùm aut hūc syrupū facis, primò iuiubæ ingrediatur, postea semina, & glycyrrhiza, deinde tragacanthum, deniq; violæ, & capilli Veneris. S E N . Qua de re? B R A. Quoniā prius ea ponere oportet, quæ maiorē decoctionē sustinēt, deinde quæ minorem, tertio quæ minimam: quippe tres gradus in decoctionibus sunt. Primus, ea recipit quæ multā decoctionem sustinēt. Secundus, ea quæ mediocrē. Tertius ea quæ paruam. In vñū te admoneo, quod zucharū hūc syrupū ingrediēs libra vna esse debet, nō duæ: quia in simplici syrupo iuiubino, quē Iuleb de iuiubis appellat, vñā zuchari librā solū ponit, in quo nihil aliud est quod inspissare possit, q̄ iuiubæ. In hoc autē syrupo cōposito multa alia sunt, quæ decoctionem inspissant. Adde quod syrapi magis coqui debet quam Iuleb: ideo nimis spissaretur, si duas zuchari libras reciperet. nec opus est dicere quod decoctione ad dimidiū nō fiat: nā & si Mesue pōdus decoctionis nō ponat, quantum solui debeat, tamen regula sequentis syrapi seruanda est, & Iuleb iuiubini, & aliorum multorū, vbi quatuor aquæ libras decoquendo ad duas reducit. Si etiam experiaris, inuenies pulchrius fieri cū vna libra zuchari, quam cū duabus & in sequēti syrupo de papauere, in quo Mesue quatuor aquæ libras tātum ponit, satis esse voluit.

SYRUPORVM

39

noluit octo vncias zuchari, & octo penidiarum. Tamen quia zucharum (ut fertur) nullum ferculum perturbat, si duas libras ponere volueris in tuo arbitrio sit, sed vna sola satis est, & syrups aptius ducitur. Hoc autem nūc omisso, ad syrups alios transeamus.

SENEX.

Syrupe de papauere sequitur. BRA. In nulla re magis confusi sunt pharmacopolæ, quam in hoc syrupo. SEN. Qua de re? BRA. Quia multæ sunt descriptiones, & aliqui pharmacopolæ vnam, alijs aliam sequuntur. O miseros ægros, quibus præter intentionem vnum syrups contingit ex his de papauere, qui suæ ægritudini ita non quadrat: à Medico autem putatur cōueniēs exhiberi. SEN. Credebā ego omnes pharmacopolas cōpositū Mesuæ de papauere, parare. BRA. Quem appellas tu cōpositū: nā omnes cōpositi sunt. SEN. Ego illū cōpositū appello, cuius descriptio apud Mesuen hæc est: Recipe papaueris albi)

Rubri)	añ.	3.	50
-------	---	-----	----	----

Capillorum veneris			3.	xv.
--------------------	--	--	----	-----

Liquiritię			3.	v.
------------	--	--	----	----

Iuiubæ		nu.	xxx.
--------	--	-----	------

Seminum lactucæ		3.	xl.
-----------------	--	----	-----

Seminum maluæ)		
---------------	---	--	--

Cydoniorum)	añ.	3.	vi.
------------	---	-----	----	-----

Coquantur in libras quatuor aquæ ad consumptionem medietatis, & cum zuchari & penidiarum añ. 3. viij. fiat syrups. BRA. Tu hoc vteris? & paratum seruas? SEN. Et nunc seruo, & continuè seruavi. BRA. Multi tamen in hac vrbe sunt, qui sequentem à Mesue positum

Syrups
de papauere.

ante syrumpum Dinari faciunt.

Recipe Pauperis albi)

Nigri) id est eorū capita añ. 3. lxs.

Et decoquātur in libras quatuor aquæ pluialis quo
vſq; redeant ad lib. vnā & semis, & cū zuchari albi, &
penidiarū añ. 3. iiiij. fiat syrupus. SEN. Est simplex de
papauere. BRA. Ita appellari potest, quia nihil aliud de
coctionē præter papauerū capita recipit. Alios etiā noz
tui, q; primū syrupū de papauere Auicenæ faciunt, qui
& ipse simplex est, sed vnuæ succū recipit, aut sapā. Pro
pterea uonnulli in cōposito Mesue à te citato sapam ada
dunt: nam semi libram sapæ cū syrupo ad bulliendū po
nunt: quod tamen nec ab authore dicitur, nec cōuenit, cū
infrigidare intendamus, & sapa calida sit. SEN. In tan
ta confusione quos sequi debemus? BRA. Opus est duos
syrupos Mesue de papauere paratos habere. Primum
simplicem, alterum compositū: nam ambo ad somnum in
ducendū, ad fitim extinguendam, ad prohibendam des
stillationem ad pectus, & ad leniendum valent. Sed ille
simplex minus frigidus est, & solum intentionē simpli
cem habet ad predicta, ad somnū scilicet prouocādum,
& leniter infrigidandū: Compositus autem ad infrigi
dandū & leniendum intensius. Ideo à Mesue ad tuſſim
ſiccā, et phthisin valere dicitur. SEN. Curabo vt in mea
officina ambo ſint. BRA. Si vtrosq; habere neglexeris,
ſaltem cōpositū habeas: Ego autē pharmacopola lauda
bo, qui vtrosq; feruabit. SEN. Nunq; mihi deerunt. Dic
autem (ni piget) debent' ne eo modo fieri, vt descripti
ſunt? BRA. Nō nullis erroribus demptis, aut emendatis,

eo modo fiant. SEN. Illos libenter audirem, ne deinceps
incautus errare. BRA. En simplici de papauere, pas-
pauerū capita in quatuor aquæ libras ebullit, quo usq; li-
bra vna cū dimidia relinquatur: Sed papauer ex his est,
quæ mediocrē decoctionē patiūtur: propterea si tā diu
bullierit, vires amittere puto, præsertim si papauerū ca-
pita recentia sint. Si enim antiqua essent, maiore ebulli-
tionē exigeret. SEN. In recentibus ad quantū aqua ebul-
liendo resolui debet? BRA. Satis est, si pars tertia resol-
uatur, vel libra vna, & semis. Ideo Mesuen ita legat: &
decoquatur in libras quatuor aquæ, vsq; dū desit libra
vna & semis, vt à quatuor libris aquæ libra vna et semis
bullido euaneat: vnde libræ duæ & semis decoctionis
relinquent. SEN. Cōueniētius videt quod minus restet,
propter minimā quātitatē zuchari, quæ ingreditur: sunt
enim quatuor zuchari, & quatuor penidiarū drachmæ.
BRA. O bonevir, mēdosus est Mesue cōtextus, et legi de-
bet: vncias quatuor, nō drachmas. Idē error in cōposito Loco A
de papauere est, vbi enim legitur: zuchari & penidiarū sue resti-
an. 3. viij. legi debet, vncias octo: nec valet quod aq; quā tu-
titas respectu zuchari multū exuperet i simplici de papa-
uere, qd penidia vice zuchari fungūtur. Nō debet aut tā
tū papauera ebullire tū ob causā dictā, tū qd humiditas
& frigiditas maximè expetūtur, qd ob multā decoctionē
euaneat. Nō laudo etiā quod pluinalis aqua sumat, ob
rōnes dictas: quā tñ Mesue sumēdā iudicat. SEN. Sūt' ne
īcōposito de papauere aliqua errata? BR. Et maxia. SE.
Quō maxima in re tā vulgata? BR. Audies. Nam calida
pro frigidis recipit. SEN. Quæ sunt hæc? BRA. Dicit

papaueris albi & rubri, est autem rubrum papauer anti
qua anæmonæ, quæ calida est. In hoc autem syrupo frigi
da solum recipienda: propterea legendum est potius, pa
paueris albi & nigri, non rubri, aliter præter intentio
nem rubrum papauer poneretur. Adde, in nostro antis
quo Mesue legi, papaueris albi, & nigri: & quod nis
gri, & non rubri legi debeat, testimonium sumi potest ex
simplici de papauere, in quo papauer album et nigrum
ponuntur, cuius intentio est infrigidare, & somnum pro
uocare. Cum autem eadem intentio in hoc sit, rationabis
le est albi & nigri legi, non autem rubri. SEN. Hic esse
magnus error. BRA. Imò est, & non animaduertitur.
SEN. Deinceps igitur nigrum, non rubrum accipiam,
BRA. Itaq; non errabis. S E N . Vidi alias syrups de
papauere, quibus medici in alii profluuijs vtebantur.
BRA. Multæ aliæ sunt descriptiones syrporum de pa
pauere, à multis alys authoribus scriptæ, quas prosequi
non est opus. Auicenna duas ponit, quarum secundam
ad profluuum alii valere certum habeo. Prima autem
ad somnum conciliandum: & à nonnullis fit, quem ap
pellant syrump de papauere centum capitum, estq; sim
plex syrpus. Nicolaus etiam syrump de papauere ad
profluuum valere scribit; imò & antiquiores in proflue
ijs alii papauere vsi sunt, extantq; apud Aëtium, Paus
lam, & Oribasium multa ad profluua, quæ papauera
recipiunt. Hæc autem de hoc syrupo satis.

rupus

S E N E X.

quinquæ
ticibus. **S**yru^{ps} de quinque radicibus in ordinem venit.
BRA. In quem ordinem, si ordinem non seruare
SEN.

SEN. In ordinem meæ inordinatæ schedæ. BRASA.
Equidem inordinatæ, nam simplices syrups seorsum à
compositis scribere poteras, & calidos à frigidis, aut
saltēm ordinem secundum humores habere, aut secundū
corporis partes, aut secundam ægritudines. SEN. Nihil
considerauit, sed ordinaui ut in mentem venere, & ut in
officina præsentabātur. BRA. Quum hoc ad rem ipsam
nihil referat, syrupum de quinqꝫ radicibus examinemus.
Quod magis commode fiet, si vnâ & syrupum de duas
bus radicibus, & syrupum bisantium sine aceto & cum
aceto, & syrupum acetosum simplicem discutiamus.
Omnes pharmacopolæ & hic & per totam Italiam eun
dem syrupum acetosum simplicem parant, eum scilicet
qui à Mesue describitur, & simpliciter syrupus acetos
sus nuncupatur, qui & ab Auicenna ponitur prima sen
quarti canonis, in libro autem quinto plures syrups ace
tosos describit, & Serapio in suo Antidotario, & Hali
in. x. lib. suæ practicæ, hunc præsentem syrupum acetos
um simplicem conformari docent. SEN. Non' ne anti
quiores de ipso tractarunt? BRA. Nusquam. SEN.
Quomodo hoc dicas? nam Mesue ipse de hoc syrupo
Galenum adducit. BRA. Quomodo autem Mesue Gal
enum adducere potuit, si Galenus zucharū ignorauit?
SEN. Istud igitur mirum est, præsertim cùm à recenti
bus Galenus. XI. de arte curatiua adducatur. BRA. Cer
tus sis, nusquam de eo locutum esse Galenum, imò gra
uius errant, qui librum secretorum Galeni adducunt, in
quo hunc syrupum inueniri dicunt. SEN. Vnde igitur
hic error emanauit? BRA. Quia Hippocrates, Galenus,

& antiquiores de oxymelite tractarunt, quod ab hoc dif-
ferre non videtur, nisi quia mel zuchari loco sumit. Zuz-
charum verò antiquiores ignorarunt: propterea acetosum
simplicem Mesue parare non poterant, sed bene oxyme-
litem, de quo suo loco differemus. Est autem simplicis
acetosi vel sine aliquo addito acetosi descriptio, hæc que
sequitur, per Mesue verba expressa.

yrupus
etosus
nplex.

Recipe zunchari boni albi partes quinque, & in vase
lapideo pone, & superinfunde aquæ fontis dulcis
& claræ libras quatuor, et decoquatur, semper eius spu-
mam abyendo, & sit ignis, in quo coquitur prunarum,
aut tenuis flammæ sine fumo, & decoque hoc modo, do-
ncc clarificetur, & diminuta sit aqua, sicut medietas
eius: deinde infunde super ipsum aceti vini albi clari
partes duas in leui, & in forti partes quatuor, & in me-
diocri partes tres, & da ei post illud decoctionem in co-
ctura: sit autem hæc coctura, coctura syrapi. Hæc Mesue
ad verbum SEN. In hoc syrupo plura mihi præsentan-
tur ambigua, incipiam autem ab ultima parte, ubi inquit:
In leui partes duas, in forti quatuor, in mediocri tres: per
hæc verba quid intelligendum sit dubito. Nam illos aber-
rare puto, q[uod] leue ad acetum applicat, & forte, & medios
cre, in aciditate. BRA. Imò maximè errat, q[uod]a potius de
leui aceto ptes quatuor ponendæ essent, & de forti ptes
duæ. Sed verus intellectus est, q[uod] leue, mediocre, forte,
ad syrupum referatur, vel ad morbum: vt sensus sit: In syru-
po leui, q[uod] nō multum aperiatur, duæ aceti ptes sint: in forti q[uod]
multum aperiet, sint ptes quatuor: in mediocri q[uod] mediocre
ter aperiatur, sint ptes tres. Aut ad morbum referamus: In leui
morbo

S Y R V P O R V M

99

morbo sint duæ aceti partes in syrupo: in fortii sint qua
tuor aceti partes: in mediocri morbo sint tres partes ace
ti. Dic autem paratis' ne hos tres simplices syrups in leui,
forti, mediocri? SEN. Unus solū paratur. BRA. Qui nā
est ille? SEN. Differunt pharmacopolæ. Sunt qui tres
partes aceri ponant, & qui duas, rari qui quatuor, tamē
& reperiuntur qui addat. BRA. Tu quem facis? SEN.
Semper eum paro, in quo tres partes aceti sunt, nam pos
tius medium sequi elegi, quam extrema. BRA. Ego au
tem vnu extremū potius sequerer. SEN. Quod? BRA.
Ut duæ partes aceti solum ponantur, quia medico sem
per licet, quando voluerit, acetum addere. Sed quando
plus aceti receperit, quam medico placeat, ita facile suba
trahi non potest. SEN. Imò potest alia addendo. BRA.
Sed non ita facile, nec deinde syrups acetosus erit.
SEN. Tua ratio non mihi displacebit, propterea eum de
inceps parabo in quem duæ partes aceti ingrediuntur.
BRA. At opus erit, vnum semper agas. SEN. Quid est
hoc? BRA. Ut medicum admoneas qui hoc syrupo uti
tur, te eum solum fecisse, qui leuis est: & in leui morbo
valet, in quo duæ partes aceti tantum sunt: ut si acetum
addere voluerit, addat: tamen conuenientius esset tres
syrups habere. Verum nostri temporis medici non solū
hoc non curant: sed inter hos syrups differentiam ne
sciunt, nec an fiant, sed cùm indicunt ægro satisfecisse pu
tant: rem verò quam ordinant, & an bene paretur, igno
rant. Hæc autem aliás, quia nobis institutum non est de
medicis maledicere. SEN. Aliud etiā est, quod in hoc sy
rupe me addubitare fecit, quia Mesue iquit ad materias.

calidas valere, & ad frigidas & ad subtileas, & ad crassas viscosas: hæc autem opposita videntur, & simul incompatibilia esse. B R A. Opus est scias, quod hæc easdem quantitate nō agit, sed diuersa: nam hic syrups ratione aceti incidit, & frigidus est: propter frigiditatem ad materias subtileas & calidas valet, sed ob incidentiam, quam habet, ad crassas materias & glutinosas valet, eas attenuando: vnde non inconuenit vnum ratione diuersarum partium, & qualitatum ad duo cōtraria valere. Nota autem quæ sequuntur, quia in materiebus frigidis & crassis, non valet ratione frigiditatis, tamen valet ratione incisionis. Ideo addit Mesue, posse virutem infringidationis tolli, non remota eius penetratio- ne. Istud autem fit, illi nonnihil calidi addendo, ut cinamomum, aut radices calidas aperientes, quæ non solum frigiditatem remouent: sed ad penetrationem & resolutionem addunt. SEN. Miror quomodo Galenum adducat, si nusquam Galenus de eo loquatur. BRA Galenus de oxymelite tractat, quod ex melle & aceto fit, de quo suo loco differemus: puto illum esse locum, quem Mesue citat. Sed vnum est in quo magis ambigo, quam in prædictis. SEN. Quid est illud? BRA. Hunc syrumpum atram bilem valere, tamen Hippocratis, & Galeni sententia est, acetum eos iuuare, in quibus amarae eos autem summopere lœdere in quibus atra bilis dominatur, sed magis mulieribus inimicatur, quam viris, nam uterū lœdit. Non videtur ergo in melancholica materia conuenire. SEN. Quid igitur ad Mesuen dicere oportebit? BRA. Fortè nō intelligit ratione sue qualitatis ad atrā bilem

bilem valere, sed tantum ratione penetrationis: quia alia medicamenta atræ bili propria ad statuta loca penetra re facit, & vim dissoluēdi ac dissiccādi illis tribuit. Ideo acetum atræ bili conueniens non est, nisi ratione penetrationis. SEN. Hoc igitur per accidens prouenit, & non ex natura huius syrapi ob suā qualitatem. BRA. Quicq[ue] quid sit, hic syrpus acetosus, ratione qualitatis aceti ad humorem melancholicum non valet: sed tantum penetra re facit, & resoluit: propterea ad syrupū acetosum com positum veniamus. SEN. In Mesue post hunc syrupum simplicem acetosum, quem ipse syrupum acetosum absolu to vocabulo appellat, syrupus acetosus cum radicibus sequitur, quem recentes de duabus radicibus vocant, & acetosus acetosum compositum. Fit autem cum aceto, & sine ace to: cum aceto est acetosus compositus: sine aceto absolu te est de duabus radicibus: licet qui ordinant, cum ace to, aut sine aceto addere solent. SEN. Ita est, & nos viros q[ui] paratos seruamus. Et hunc qui acetum suscipit de duabus radicibus cum aceto nuncupamus, vel acetos um compositum, vel acetosum cum radicibus: qui autem acetum non habet, de radicibus absolutè dicitur, vel de duabus radicibus sine aceto. BRA. Vbiq[ue] per totam Italiam ita paratur, & Mesue compositionem sequuntur omnes medici, quæ hæc est.

REcipe aquæ fontis claræ libr. X. & proijce super ipsam radicis fœniculi, apy, endiuiæ, ana. vnc. iiij. anisi, seminis fœniculi, apy. ana. 3. viij. seminis endiuiæ, vnc. f. Coquatur cum facilitate, quo usq[ue] veniat ad lib. v. tunc proijce super ipsam Zuchari boni lib. tres, et claris

ficitur sicut prius: dende funde super ipsum acetum bonam
quātitatem sufficientem, iuxta modum superioris doctrinæ, & da ubi oportet. Hæc Mesue. SEN. Hic est ille
syrupus, quem facimus. BRA. Auicenna hunc syrupum quinto libro docet, & eum syrupum acetosum con-
munitatis appellat: sed non addit radices endiuiae, quæ
fortè in Mesue abesse debent: nam & in meo antiquissimo
Mesue non adsint, unde vocatus est de duabus ra-
dicibus, quia duæ radices solæ ingrediuntur, & tunc nō
erit opus fugere, quod tatum duæ radices calidæ ingre-
diantur, endiuia autem sit radix frigida, ideo dictus sit
de duabus radicibus scilicet calidis. SEN. Reperi-
tur ne apud Antiquos hic syrupus? BRA. Non reperi-
tur hoc modo compositus, sed apud Paulum, Aëtium et
antiquiores proportionales decoctiones inueniuntur ex
radicibus & apij, & fœniculi, & ex hyssopo, pulegio,
origano, tragorigano in materiebus crassis, ut liquidum
est, si eorum volumina legeris, que ubi de febribus notis
tractant, his plena sunt. Hic autem syruporum modus
inuentus est, ut omni tempore hæc in promptu habeantur,
& magis delectent. Dicas autem, quando radices in
syrupum ponis, sumis ne integras? SEN. Non, sed in
frusta seco. BRA. Hoc non peto, sed an radices intes-
gras, non adempto meditullio, an corticem tantum circa
meditullium accipias, SEN. Semper excoriamus, et me-
ditullium abyrimus. BRA. Sed sine ratione factum vi-
detur: nam vis radicis in eo potissimum confitente vide-
tur, quod est medium totius, & in quo potissimum vita
plantæ est, hoc autem est meditullium: nam eo non modo
totu

tota radix, sed & tota planta viuit. SEN. Ratio id inferre videtur: tamen in hoc syrupo de radicibus apud A uicennam. V. lib. ita scriptum reperitur: Recipe cortis cum radicis fœniculi, & corticum radicis apij. Quod argumentum est, corticem sumendum esse. B R A. Et ego ex Mesue argumentum faciam, quia ipse in suo syrupo, dicit radices accipiendas, non corticem radicis: ideo radices sumendæ, quæ integræ sint. Etenim Mesue cortices harum radicum dicere sciueret, & non radices, si cortices, & non radices sumendas volueret. S E N. Quid ergo sumendum? B R A. Ut hanc rem optimè enodamus, scito apud philosophos in viuentibus ordinem perfectionis dari, & imperfectionis. Homines inter viuentia perfectissimi sunt, propterea ad hominis generationem multa instrumenta requiruntur: in brutis pauciora quam in hominibus: in insectis adhuc pauciora, adeo ut in frusta etiam consecuta per aliquod temporis spatium partes viuant. Arbores autem & herbæ tot instrumentis non indigent, ideo non solum per semen, sed etiam per surculorum transplätationē, & insitionē. Eodē modo herbo seminæ, & per ramusculorum plantationē viuunt, et in eadē specie individua faciūt. Omnia autem que viuunt, uno organo indigent, in quo potissimum vita fundatur, ut in animalibus cor, quod est caloris fons: insecta vero in frusta concisa, habent aliquid cordi proportionale: propterea & incisa viuunt, non tamen diu, quia intercisum est cordi analogū, & corruptū. In plantis verò per totū est proportionale cordi. Ideo incisæ in partes, & planctatæ viuunt, & quælibet pars suum cor habere videtur.

tamen in tota planta vnum solum erat actu, plura autem potentia. Cum autem inciduntur rami & surculi à plana, actu efficiuntur illius speciei plantæ individua, & actu habet cordi proportionale. Similiter in omni viue te opus est vnum esse, quod in toto continuationem faciat, & à quo nerui & totius ligamenta nascantur, sine quibus non confisteret, nec moueretur. Hoc in animalibus est cerebrum, & spinalis medulla: in plantis est medullum illud. Sicut autem in animalibus illa pars frigida est secundū speciem animalis: ita hoc meditullū spinae medullæ proportionale, ratione herbæ, cuius est medianus, est frigidius, vel minus calidus: propter hoc ita corporis aperituum non erit, sicut cortex, quo integratur in radice cibus calidis. In frigidis radicibus secus est, quia habent frigiditatem maiorem, quam habeat cortex, & hoc in multis speciebus. Sunt etiam aliquæ radices, que hanc differentiam non habent, quia vsq[ue] in profundū eodem modo carnosæ sunt, ut rapa, cuius cortex tenuissimus est, in medio tota caro est, & in rapa vis in medio est, non in cortice. Eadem forte ratio in rhabarbaro dicenda esset. Ad rem igitur redeuntes, in radicibus aperientibus cortex summaebet, quando radices aliquas decoctiones ingrediuntur: & ratio in promptu habetur, quia cortex magis calidus est, & magis aperitiuus, quam meditullum. In frigidis autem radicibus & non aperientibus, meditullū simul addere oportet, ut cum cichoreum decoctiones ingreditur, meditullum adimi non debet, tum quia frigidum, tum quia egregius cichorei qualitatem seruat: nam in meditullo maiorem amaritudinem sentis, quam in cortice.

S Y R V P O R V M 101

tice. SEN. Est' ne verè cortex id quod meditullium inter-
git. BRA. Respectu meditully cortex appellari potest,
tamē respectu radicis nequaquam: quippe in radice tria
sunt. Cortex, qui primò occurrit, & terræ propinquus
est, qui ita se habet ad radicem, sicut himen, id est pellis
cula tenuis, quæ nos ambit: deinde caro, quæ est a cortice
ce isto subtilit usq; ad meditulliū: postea meditullium, q
à mulieribus Ferrariensibus anima herbæ nuncupatur.
Exterior cortex sumi non debet, sed is, qui est à summo
cortice usq; ad meditulliū, quod caro appellatur. Super-
rior enim cortex & terream naturā sapit, & à radib; so-
laribus exusius est: unde in calidis & aperientibus radi-
cibus in decoctionibus, & in hoc syrupo, & alys carne
utatis: in frigidis aut radicibus, & carne, & meditullio,
ut in endivia, cichoreo, lactuca. Quod si dicas in cichor-
eo meditullium calidū videri, quia amarū, nam (vt Gal-
lenus quarto lib. de simpliciū medicamentorum facultas
tibus testatur cap. XVIII.) omne amarū est calidum.
Respondemus omnino aliq; caliditatē habere, propterea
aperit: his enim duobus insignitur cichoreū, quod aper-
tit, & infrigidat. SEN. Ita igitur agendū erit quomodo
docūq; radices sint. BRA. Si radices multū tenues es-
sent, nihil moueri oporteret: si autē crassæ essent, meditul-
liū abyciēdū est. SEN. Tu autē superius mihi videbaris
satis euidenti ratione probare meditullium efficacius esse,
utpote in quo vis intērior sit, quia est tāquā anima plan-
tæ. BRA. Tamen si carnē gustes, atq; meditulliū, in car-
ne, & saporē, & odorem intensum herbæ p̄sentis, sed
in meditullio parū (aliquibus deimptis præsertim frigis

dis.) Gusta hunc apij corticē, & hunc fœniculi, nūc modo eorū meditullia gusta. SEN. Gustaui, & alias sēpe gustaueram, maior vis in carne sentitur, & nescio quid excellētius, quàm in meditullio sentitur: tamē q̄a apij radices paruæ sunt, & caro tenuis, raro aut nūquā meditulliū remouemus. BRA. Sed Mesue in Secœniabin (ita ipse appellat) de radicibus, inquit: Recipe corticū radicis apij, fœniculi & reliqua, quæ sequūtur, quod indiciū est ab apio etiā meditulliū remouēdū, & Auicēna in syrupo acetoso de radicibus cōmunitatis, iubet corticem radicis apij in syrupo recipiendū. SEN. Fortè hoc ab re nō esset, cū authores dicūt, Recipe corticē radicis, tūc sola caro sumatur: cūm aut dicūt. Recipe radicē, tota radix integra, meditullio nō amoto accipiatur. BRA. Hoc videretur rationē aliquā habere, nisi authores de radice quādoq̄ loquētes carnē meditullio dempto intelligerētz: & quia maior vis in aperiētibus & calidis in carne est, quàm in meditullio: & q̄a meditulliū minus crassum est & durum quod magna decoctione indigeret. SEN. In quibus casib⁹ hoc syrupo vteris? BRA. In materiebus biliosis notis, quæ crassæ sunt: & etiā valet ad materias pituitosas: nā obstruktionū aperitiuus est, nō modò hepatis, splenis, & renū, sed etiā vniuersi corporis, & materias crassas atq̄ glutinosas incidit & abstergit. SEN. Quo tēpore ægritudinis exhiberi debet? solēt enim Recetes post septimā propinare. BRA. Nullū adest status tu exhibēdi tēpus per dies: sed semper exhiberi potest, quando oportet, etiā si in ægritudinis initio sit. Tamen ægritudines quæ nō sunt biliosæ puræ, sed notæ, vt plurimum

SYRUPORVM

103

rimum hunc ordinem habet: ut in primis portio subtilioris materiae resoluatur: Ideo raro ante primam hebdomadam eo indigemus. Quare dicere non oportet ante septimum die vel post septimum diem sumendum esse: sed quando opus est. Opus autem est, quoties materia crassa est, lenta, glutinosa, et partes nostri corporis obstructae sint, tunc ab hoc syrupo etiam in principio egritudinis incipere debes. Hic autem antequam ad aliā trahirē, de tempore colligendarū radicū verba facere, nisi statuisse determinato libello, de tempore colligendarū herbarū tractare. Ab hoc autem non abstinebo: cum multi sint, qui voluerint radices colligendas esse, cum herbæ folia amiserint, et o autem tempore in medullio nulla vis est que ad temperaturā faciat, sed ad placitum solūm facit: quod argumentum est carnē et non medulli sumenda. Ad rem autem nostrā redeentes, dic cū auctor inquit, tūc proīce super ipsum zuchari boni libras tres, et clarificetur sicut prius, quomodo hanc partē intelligis? S E N. Hoc modo, postquam ebullierit, percolamus omnia bene exprimentes. B R A. Hoc mihi summe placet, quod expressio fiat.. S E N. Postea tres zuchari libras addo. In hac autem re inter se differunt pharmacos polae, quoniam aliqui duobus, aut tribus ouorū albuminis bus sumptis zucharum et totam decoctionem simul clarificant: alij zucharum per se clarificant, et deinde in decoctionē ponunt: alij nullo modo clarificant. B R A. Hi fortè non ineptè agunt, quoniam frustra albumen ouiri ponit videtur pro liquorum depuratione, in quibus acetum ingreditur. Tu autem quomodo agis? S E N. Ego in tota decoctione clarificare soleo, duobus, tribus, aut.

pluribus ouorū albuminibus sumptis, pro quantitate syrapi, quā facio. BRA. Tu ergo maiorē syrapi copiā fēcis quā ab authore de scribatur. SEN. Evidē. BRA. Deinceps ne hoc feceris: nam in theriaca ostendimus ex mente Galeni, nec augendas, nec diminuendas medicamentorū quantitates & cōpositiones, de qua re aliās trāctabimus. SEN. Deinceps integrā cōpositionem parabo. Dic autem tu, laudas præsentem syrum clarificari non? BRA. Id agendū est, quod ab authore dicitur. SEN. Qui' nam modus est ille? BRA. Ipsū lege, quā inquit, clarificetur ut prius: Ideo opus est eo modo clarificare ut prius docuerat, quod in accetoso simplici fuit. SEN. Quomodo docuerat? BRA. Ebulliendo & expumando, semper spumā abīciendo, & decoquatur hoc modo (inquit) donec clarificetur. Itaq; huius syrapi clarificatio fiet, spumā demendo cū ebulliet cū zucharo, donec clarus euadat, ea scilicet claritate quam habere possit, quæ tamen erit integra claritas. SEN. Ouis igitur parcam. BRA. In hoc casū parces, nam & frustra cum aceto ponuntur. SEN. Debet' ne diminui vsq; ad dimidium? BRA. Non, sed vsq; ad claritatē, quam habere potest: hanc autē habebit, cū amplius spumā non faciet. Dic autē quā aceti quātitatē in hūc syrum ponere. SEN. Pro qualibet syrapi libra semilibrā aceti. BRA. Sunt qui vncias quatuor, & qui quinq;, & qui octo pro qualibet libra ponant. SEN. Quid in causa fuit, vt hæc differentia nasceretur? BRA. Quoniam in hoc syrupo eodem modo vt in præcedenti acetum poni debet, in leui partes duæ, in forti partes quatuor, in mediocri partes tres;

tres: quia Mesue ad precedentem syru pum seipsum res fert. Ideo aliqui fortem, aliqui debile, aliqui mediocrē, aliqui nullum, sed suo modo parant. SEN. Igis tres syrupi compositi acetosi fieri deberent: BRA. Deberent quidem: sed satis est debilem, id est debili morbo conuentientem vel in aceto debilem seruet: quia doctus medium, acetum semper addere potest, si opus erit. Si autem vel fortis vel mediocris esset, et debiliori indigeret, acetum auferre non posset, ut in simplici acetoso etiam dixi mus: semper autem bulliat expumando, post impositio nem aceti quod syrumpum clarū reddit. Ideo ouis non indigemus ubi acetum ingreditur, sed illis solū utimur in illo de radicibus sine aceto secundum vos pharmacopolas: sed satis est secundum Mesue ebullitio: vnumq; ani maduertas, si absq; aceto syrumpum feceris, ut sine aceto de radicibus appelleatur, quādo ipsum clarificas expumando, semper expumare debes quo usq; perfectus sit, et ad syrapi cocturam peruererit. Si autē acetum addere volueris, ut sit acetosus compositus, vel acetosus de radicibus, noli expectare quōd coctus sit quando acetū addere volueris, sed tunc ponas acetum, cum prope cocturam syrapi peruererit, semper expumando. SEN. De hoc satis dictum est, ad illum de quinq; radicibus veniamus. BRA. Ut lubet: sed dic quem authorem sequitur in hoc syrupo: SEN. Ignoro, nos ipsum magistralem syrumpum appellamus, et eo medici utuntur: vnde autem venerit, nunquam audiui. BRA. Et ego certe nū quam inueni, nisi in quibusdam libellis Receptarys nūcupatis Petri Galli: possent dici libelli de componendis

Syrup
de quin-
radicibi

medicamentis: sed communiter, et natu*r*e v*e*n*k*, et natu*r*e
 τ*θ*πω*v*us. Id est et secundū genera, et secundū locos. Tu
 autē addidisti esse magistralē syrūpū, quid intelligis p*il*
 lam particulā magistralē? SEN. Nōs receptas magistra
 les appellamus quae in v*su* quotidiano sunt. BRA. Ap*p*
 pelletis ut lubet. Quod mihi absurdū videtur, est, apud
 diuersos pharmacopolas vario modo Ferrariæ fieri. Sunt
 enim qui sequentem cōpositionem sequuntur: sed unde
 hauserint, ignorant: nec eorum præceptores sciebant.

Recipe radicis Apy)

Petroselini)

Fœniculi) a*n*. v*n*c. ij.

Asparagi)

Brusci)

Misce, et bulliat in sex lib. aquæ fontis ad cōsumptionē
 tertiae partis, deinde facta expressione addatur zuchari
 libræ tres, et in fine decoctionis, aut p*pe* finē, adde ace*t*i
 optimi v*n*c. viij. SEN. Hic non est syrups de quinq*z*
 radicibus quae paro, et quae maior pharmacopolarū pars
 parat: in hoc enim à te citato semina desunt. BRA. Hoc
 nō ignoro, tu modo tuū edoceas. SEN. Est hic q*u* segitur.

Recipe radicis Ap*yj*)

Petroselini)

Fœniculi) a*n*. v*n*c. ij.

Asparagi)

Brusci)

Seminis Ap*yj*)

Petroselini) a*n*. v*n*c. i.

Fœniculi)

Misce,

SYRUPORVM

187

Misce, & omnia decoquantur in lib. X. aquæ, & libram vnam aceti ad consumptionem medietatis: inde coletur, & cum melle quantu sufficit, fiat syrups. BRA. Ponis' ne acetum, vt cū aqua bulliat? SEN. Pono. BRA. Id nō conuenit, sed tunc poni debet, cum ferè coctura facta est, aliter nihil ferè aceti haberet: vna etenim aceti libra in libris decem aquæ ebulliens non persentitur. SEN. Ob hoc ægrē persentitur acetum in hoc syrupo. BRA. Cum autem apud aliquos pharmacopolas in suis syrups huius speciei sentitur acetum, apud alios non sentitur, Causa est, quia diuersas compositiones sequuntur & diuersis modis agunt. Ego sentiri voluerim, qd eius officium est aperire, attenuare, resoluere. Quæ omnia excellentius fiunt, si acetum in compositionibus addatur quam si desideretur. Dic autem facis' ne cum melle aut zucharo? SEN. Nullus melle vtitur: sed zucharo. BRA. Tamen descriptio tua, quæ passim circumfertur mel recipit. SEN. Verum est: sed nos, vt suauorem faciamus, mel accipimus. BRA. Id dicis ac si mel suaves syrups non faciat: imò ex melle dulciores sunt, & in hoc, mel potius sumi voluerim, quam zucharum, quoniam hoc syrupo utimur ad vehementius aperiendum, quam faciat syrups de duabus radicibus. SEN. Noui ego pharmacopolas quosdam, qui syrump de duabus radicibus exhibent, quoties syrups de quinq radicibus prescribit. BRA. Hi vehementer errant: nam & si ad eandem intentionem valeant, tamen hic est magis validus, quam ille de duabus, præsertim quando additur qualitas aceti sufficiens. Nā qdandoq; indigemus parum aperire,

quod facimus cū acetoso simplici: quandoq; magis, quod facimus cum illo de duabus radicibus: quandoq; adhuc magis, quod facimus cum syrupo de quinq; radicibus, vnde medicus hoc peculiare in se habere debet, vt ad vnam intentionem debilia, fortiora, & fortissima p; graz dus habeat, & immutare sciat: nec vim naturæ faciat si voluerit ab extremo ad extremū sine medio progredi. Cūm autem per media conuenientia transit, naturę satis facit, & nullus error fieri potest. Alij tamen pharmacos polæ sunt qui alium syrupum faciunt ex quatuor radicibus, & illum pro syrupo de quinq; radicibus parant. Ipsum autem in libro quodam suo inueniunt, qui Lumen apothecariorum appellatur sub nomine syrapi de radicibus magistralis, cuius compositio hæc est.

Recipe radicum Apij)

Fœniculi) an. m. i.

Petroselini)

Endiuae)

Seminum Apij)

Fœniculi)

Anisorum) an. vnc. f.

Ameos)

Asparagi)

Aceti boni libras duas.

Omnia præter acetum in lib. XX. aquæ bulliant vsq; ad perfectam coctionem, deinde coletur, & colatur ad dantur mellis purificati lib. IIII. et acetum prædictum, & ad perfectam coctionē decoquātur. SEN. Rari sunt qui hunc syrupum faciant. BRA. Aliqui tamen non dea sunt.

S Y R V P O R V M 109

funt. SEN. Quem debo ego pro syrupo de quinq^z ras
dicibus paratū habere? BRA. Ego eum pararem, quem
tu paras, sed cum melle potius, quam cū zucharo. SEN.
Accipiendæ sunt integræ radices in isto, an sola caro?
BRA. Caro sola, præterquam in apio, cuius radicem ins
tegram vt plurimum sumimus, tum quia paruæ, tum quia
meditullium tenellum est. BRA. Cūm is à medicis syru
pus de quinq^z radicibus præscribit, eum facito qui in me
dio descriptus est, in quo radices, & semina ponuntur
suaderemq;, vt pro qualibet syrupi libra quatuor saltē
acetii vnciæ ponerentur, si quis plures addere voluerit.

Sed ad Bisantinum syrum veniamus, qui & ipse in or
dine horum aperientium syrporum, & qui acetum res Syrupus
cipiunt, existimatur. SEN. Est Mesue syrpus. BRA. bisantini
Nullum alium authorem legi (præter Mesuen) qui illū
describeret. In frequentissimo vsu est per totam Italiā,
in materiebus crassis, glutinosis, & in magnis obstrus
ctionibus, & præsertim ubi materia atra biliosa est, vt
in quartana febre. Sed tu eius descriptionem enarra.
SEN. Ita ad verbum ex Mesue colligitur ut ego dicam.
Recipe succi Endiuiae)

Apy) an. lib. ij.

Lupulorum)

Boraginis vel Buglosse aut dos) an. lib. i.
mesticæ aut sylvestris.)

Bulliant bullitione vna, & despumentur, ac depuretur.
Tunc ex hoc depurato accipe lib. IIII. Zuchari Tabar
zeth lib. II. semis, & coquatur cum facilitate donec fiat
syrpus, hic est syrus Bisantinus Mesue. BRA. S A.

110 MEXAMEN

Non' ne et acetum ingreditur? SEN. Non ingreditur in hoc qui sine aceto est. Si autem cum aceto facere vos lueris, Mesue docet ad omnem partem depurati succi addendum esse aceti. boni clari, partem semis, et tunc bis rupus santinus cum aceto appellatur, sed hi ambo, et hic qui santinus cum aceto est, et ille qui sine aceto dicuntur bisantini aceto, absq; additione. BRA. Additonem addas, ne quicquam omittatur, quod nostrum examen effugiat. SEN. Additio hæc est, ut in prædictis succis bulliant.

Foliorum roſarum	vnc.	iij.
Liquiritiae	vnc.	6.
Spicæ	3.	y.
Anisi)	
Fœniculi)	an.
Seminis Apij)	3. iiij.

Nihil aliud additur. BRA. Hæc ferè sunt alter syrups. Sed quomodo hæc ponis? SEN. In succis ebullire facio vſq; ad ebullitionem illam, deinde percolo, et clarifico, deniq; acetum addo. BRA. Hoc autem mirum est, in hac vrbe esse qui cum additione ista, et qui sine additione parent. Ego suaderem, ut cum additione fieret nam hic syrups in aperiendo eum excellere dicitur, qui de quinq; radicibus est. SEN. Libenter abste ordinem præcedentium syrporum in aperiendo haberé. BRA. Talis erit ordo, ut inter omnes nuper enumeratos prius in aperiendo sit.

Acetofus simplex.

Postea de duabus radicibus sine aceto.

Tertio, de duabus radicibus cum aceto.

Quarto,

S Y R V P O R V M

III

Quarto, de quinque radicibus.

Quinto, bisantinus sine aceto.

Sexto, bisantinus cum aceto.

Bisantinus autem, vel cum aceto, vel sine aceto sit, cum additione semper fieri debet. Tamen de bisantino sine aceto dubium fieri posset, an illum de quinque radicibus supereret, in quo acetum ingreditur: acetum autem ad aperiendum plurimum facit: propterea absolute dicendum est, syrupum de quinque radicibus, Bisantinum sine aceto superare. Tamen Bisantinus sine aceto nunquam dari debet, nisi in eo casu, in quo acetum noceret, & res liqua quae syrupum ingrediuntur, conuenirent. Sed & in hoc casu nec syrupus de quinque radicibus, nec acetosus compositus conueniunt. SEN. Quo ægritudinis tempore exhiberi debet hic Bisantinus syrupus & nempe recentes post septimum diem propinare solent. BRA. Ut supra edocuimus, non ad sunt statuta syrporum tempora: sed ægritudo & materia, & ægri affectio ea sunt quæ hunc vel illum syrupum vocant: unde quocunque tempore eo indigemus, dandus est, etiam si ægritudo inciperet. Tamen raro accidit, quod in principijs eo indigamus, propter hoc recentes, in principijs à Bisantino abstinendum esse dicunt, quod absolute dicere non licet. In magna etenim obstructione ab hoc incipere conueniet. Inquit accipiendum esse boraginem, vel buglossam sylvestrem, vel domesticam. Hoc à Mesue positum non est, sed ab interprete additum. Mesue tantum boraginem scripsit, eius autem interpres ignorabat boraginem esse verum buglossum, sed de hac re in examine

112 EXAMEN

Simplicium locuti sumus. Illuc recurras, ne librum libro
misceamus. SEN. Dicitur à Mesue, Accipe eius depurata
ti libras quatuor, Zuchari Tabarzeth libras duas & sea
mis. Qualis est horum verborum sensus? BRA. Intellige
pro singulis quatuor libris succi depurati, duas libras,
& semis Zuchari accipendas esse. Vnumq; addo, Me
sue intentionem esse, ut nunquam maior copia huius sys
rupi fiat, quam sint quatuor libræ succi, & duæ & se
mis Zuchari. Nempe Galenus in Theriacæ compositio
ne docet, nunquam authorum compositiones augendas
esse, aut minuendas, quando per certam & statutam men
suram & per certum pondus scriptæ sunt: ideo laudas
rem ut singulas compositiones in sua quantitate para
res: neminem tamen in syrups cogerem ut hanc regulam
seruaret, sed in aliquo antidoto, & maiori pharmaco,
non solum suadens, imò cogerem. Vnde Venetoru Thea
riacam, & Mithridatū nihil facio, etiam si vera simplis
cia haberent: quia secundum Andromachi quantitatem
& aliorum authorum non parant: sed adeò multiplicant
ut lacus harum compositionum vna vice parent. Ad rem
autem nostram redeutes, quid intelligis tu per unā ebull
litionem? SEN. Quod cum bullire cœperit, ab igne dea
matur: vnde ex hoc infertur parum ebullire debere.
BRA. Deciperis bone vir, & tecum multi: quia illa ver
ba integrum ebullitionem notant: sed illud semel fieri,
non autem quod ebullire facias, postea frigescat: & de
inde iterū bulliat: sed cōtinuo bullire oportet, quoad
spumam fecerit, & depuratum sit. Scitoq; zucharum Ta
barzeth esse Zucharum album: quippe Mauritani album
Tabarzeth

Tabarzeth appellant. Est autem album Zucharum id quod bene expurgatum & excoctum est, non tamen quod vulgo sinum vocamus: sed quod alys precedentibus purgationibus adeò depuratum sit, ut arbum euaserit, nondum tamen extremam manum accepit & finum effectum sit. Scito etiam, quod à Mesue dictum est ebullire cù fасilitate, id in omni syrupo intelligendum esse, quia vehe mens ebullitio ſumam ingentē excitat, & perfecte confici non finit. SEN. Vnū à te ſcire percupio, quare hic syrupus bisantinus, aut Dinari nuncupatus fit. B R A. Id est nomen eius syrups Bisantinus, ſed interpres pārū bonus qui in nomine deceptus est, vertit Dinari, quia Bisantium genus monetæ eſt, ac ſi dicatur syrups qui moneta dignus eſt. Re autem vera hæc inſcriptio ita inſtellec̄tu vana eſt: ſed potius hoc conieclandū à loco appellatum eſſe ſyrupum bizantinum, id eſt quo medici bīzantini vtebantur. Intelligo autem per Bīzantium non Conſtantinopolim quæ in Asia eſt: ſed Bīzatiū in Aphri-
ca: quāuis hoc Bīzantium, non Byzantiū ſcribendum fit,
& ſic apud Plinium legitur in caſtilatis codicibus. Me ſue enim Aphricanus fuit, & proprie Damascenus, vel forte ab aliquo Græco Conſtantinopolitano hanc eōpoſitionē habuit, propterea Bīzantiū, id eſt Cōſtantinopo-
litani ſyrupū appellauit, utpote quem à Conſtantinopo-
litano authore habuit. Quicquid tamen fit, de nominib-
us multum ſolicitos eſſe non eſt opus, modo rem ipsam cognoscamus. Dic autē tu, ſi intra annū hic ſyrups defi-
ceret, quomodo eū reparabis, quia ſuccos non habebis?
SEN. Nos magnā copiam facimus, & ſuccos ſeruamus,

Si forte fortuna deficeret. BRA. Quomodo succos seruare potestis? SEN. Factis succis, eos percolari dimittimus, quibus optime percolatis, fæcē abycimus, postea per densum linteū descendere facimus, deinde in vitreas tum vas ponimus cum bene depurati sunt, & oleū supra ponentes seruamus. BRA. Miror, quod breui non cors rumpantur. SEN. Imò corrumpuntur, sed non ita breui. BRA. Quāto tempore durat? SEN. Per spatium sex aut octo mensium. BRA. Hoc nihil est, nam opus erat saltem per integrum annum seruare. Vidi ego nonnullos, qui ebullire faciunt, deinde seruant. SEN. Et hoc modo cito putrescere debet. BRA. Cito: propterea in hunc modum fieri suaderem, Expresso succo per statumen bene coletur, deinde per densum linteum, postea soli per. XV. dies exponatur, deinde iterum percoletur, & in vitreum vas recondatur, oleo tamen supra posito, & vasis ore optime obturato. Itaq; per annum, & etiam diutius perdurabit. Omnesq; succi hoc modo parati colorē quendā subrubrū faciunt, colori granatorū similem & viridem colorem quē in principio habebant, amittunt. Rosarū vero succus vini speciē refert. Scito tamē aliquos succos esse, qui citius corrūpuntur, vt succus apij, foeniculalios, qui tardius. SEN. Post annum, hi succi si seruētur sunt' ne bonis? BRA. Eos nō laudo, sed ipsis abiessit: imò si fieri posset, semper eis recentibus vti deberes. SEN. In hunc ordinē syrupoꝝ aperientiū, & acetū recipietiū, syrupus acetosus Diarhodō esse videt. BRA. Diarhodō. Nescio vnde hic syrupus nomen Diarhodon sortiatur. SEN.

Mahedī
 subī q̄ uī
 m̄: ingre
 L. d. p. t. r. c.

SEN. A rosis, quæ ipsum ingrediuntur. BRA. Eadem
rosæ syrupum bisantinum cum additione ingrediuntur,
tamen non appellatur Diarhodon. SEN. Verū est, sed
rosæ non ingrediuntur Bisantinū sine additione. BRA.
Quid ad rē? Nulla ratio est, cur potius de rosis, quā de
endiua vel fœniculo, vel apio nuncupetur, quæ in maios-
ri copia hunc syrupum ingrediuntur. SEN. Quomodo
igitur appellandus est? BRA. Voluerim potius, quod
appellaretur syrupus acetosus Diachylon. SEN. Cur *Syrupus*
Diachylon? Derideremur, quia *Diachylon* ceroti genus *acetosus*
est, nō *syrupus*. BRA. Et tu hos ignaros deridebis, qui *diachyl-*
ne sciunt chylon succum significare. Cum autē multi su-
ci hunc syrupum ingrediantur, conueniens est ipsum ace-
tosum *Diathylon*, id est de succis appellare. SEN. Etiā
Bisantinus succos recepit. BRA. Verū est: sed non tot,
& ille suum nomen habet. Tamen Mesuen considerans,
sententiam muto: nam Mesue post hunc *syrupū*, aliū ex
puris succis facit, quem acetosum de succis herbarum ap-
pellat. Ideo hunc potius diarhodon, quām diachylon ap-
pellato. SEN. Quomodo hoc fiet, si rosæ in minori co-
pia ingrediuntur? BRA. Conueniens est de rosis appella-
lari, quia nihil per se solum in maiori copia hunc *syrupū* ingreditur, quām rosæ. Si enim ipsum de endiuia nun-
cupabis, à te petam cur magis de apio non dicitur? quia
tanta succi apy copia, quanta endiuæ ingreditur: Eas-
dem est ratio, si à fœniculo denominare volueris: sed ni-
hil est in tota compositione, quod per se solum in maios-
ri copia sit, quām rosa, ideo à rosis denominatur, &
ita etiam placuit authori. Nūc vero eius compositionem

in medium afferas. SEN. Hæc est quæ sequitur.

Recipe succi endiuiæ

Apij) an. lib. ij. £.

Radicum fœniculi)

Apij) an. vnc. ij.

Endiuiæ)

Rosarum vnc. i.

Liquiritiæ vnc. £.

Spicæ 5. ij. £.

Anisi)

Fœniculi) an. 5. vij.

Seminis Apij)

Projce super hæc aquæ dulcis lib. VI. & decoque
vſq; ad consumptionem duarum partium, & cum tribus
libris Zuchari et duabus acetifiat syrups. Sed dicas ad

: acerbi:

quos affectus valet? BRA. Ad ingentes obſtructiones,

ad hydropem, ad antiquas febres & atrabilarias. SEN.

Easdē igitur vires cum Bisantino habebit. BRA. Non
modo easdē, sed multo maiores. Ideo in ordine aperien-

tium Bisantinum cum accto etiam excedit. SEN. Re-

peritur ne alius syrpus, secundum hunc ordinem, qui
hunc in aperiendo superet? BRA. De alijs suo loco di-

cemus, nunc autem id scito, Illum de succis herbarū,
quem Mesue describit, hunc excedere, quem in vſum re-

duci voluerim, quam nunc non sit, tamen optimus est.
Sed quomodo hunc acrem Diarhodon paras? SEN.

Omnia ſimul miſceto cum aqua, vt bulliant, & vſq; ad
consumptionem duarum partium ebullice ſino. BRA.

Quomodo intelligis duarum partium, ex tribus, an ex
quatuor?

S Y R V P O R V M 117

quatuor: SEN. Ex tribus. BRA. Bene sentis, quia si dixisset ad consumptionem trium partium, opus esset intelligere ex quatuor: quia semper propinquior diuisioni fieri debet, nisi expressa partium mentio et diuisionis facta sit. SEN. Post cocturam ex primo, & in expressione zucharum & acetum pono, ebullire faciens, quo usq; ad syrapi formam redactus sit. BRA. Ponis' ne omnia simul eodem tempore ut bulliant? SEN. Pono. BRA. Hoc agendum non est, sed rosæ, & spica seruanda, quæ tam longam decoctionem non patiuntur quin vires amittant: & primo sunt rosæ, deinde spica in fine decoctionis addenda. SEN. Ita deinceps agam. BRA. Non ab re erit frigidiori vino labia abluere. SE. Ut lubet fiat. BRA. Eia postquam os ablutum est, ad intermissum negotium reuertamur.

SENEX.

Syrupū de pomis post prædictos scripsimus. BRA. Quem de pomis: SEN. Et simplicem, & eum qui inscribitur Sabor. BRA. Simplicem primo tractemus. SEN. A Mesue describitur, pro cordis tremore, & eius debilitate, ad confortandū, & quando syncopin patitur, & habet suspiria, & suspiria luctuosa. BRA. In omnibus ferè cordis affectibus ab atra bile pendentibus conuenit. SEN. In hunc modum fieri docet Mesue.

Recipe pomorū dulcium & aceto sorū, ana. lib. v. Coquatur hic succus, usq; ad cōsumptionē medietatis, & postea per duos dies dimitatur quo usq; clarescat, deinde coletur, & cum tribus libris zuchari fiat syrups. Hic est simplex syrups de pomis. Mesue deinde sequentia verba addit: Sunt qui in succo setā tinctā in

Syrupū
de pomis

chermes submergant, & hoc est ante depurationem succi, & per tantum temporis ibi tenetur, quo usque rubeat, & recipiat virtutem tincturæ, tunc enim excellentior est, et magis confortat. B R A . Addis' ne tu setam tinctam in chermes: SEN. Addo, & ita faciunt omnes pharmacos polæ. BRA . Verum est, sed magno errore, nam seta in Chermes tincta multum aluminis recipit, & aliarum rerum cordi aduersantium. Ideo hæc seta addenda nō est, ut etiam superius i syrupo de corticibus citri docuimus. Ideo non est addenda eiusmodi seta, præsertim quia à Mesue non additur: sed aliquos addidisse refert. Si autem hanc setam imponere cupis, illam ita para, vt in syrupo de corticibus citri edocuimus. SEN. Potius dimit tam. B R A . Dimitas, quoniam modicam immo nullam spem habeo in seta, & in Chermes. Dic autem quæ possumus pro parando succo: S E N . Et dulcia & acidæ. BRA . Quomodo vulgo appellantur hæc pomorum genera, quæ tu sumis: SEN . Nomina ignoror: sed eo in forū, & poma gusto, que illuc vendenda portantur: si dulcia sint, pro dulcibus emo: si acria, pro acribus. BR . Hoc minus malum est, quam ea sumere quæ ab Arabum imitatoribus sumuntur: ea enim sumunt que ipsi muza, id est medy saporis sua lingua appellant: sed Mesue ex utroque genere & acri & dulci sumenda censet: nec immo merito, quia dulcia odorata sunt, & cor roborent: acria putredini aduersantur. S E N . Quendam medicum audiui, qui hūc syrupum ex acidis pomis fieri debere profitebatur. BRA . Ego etiā audii: sed longe decipiebatur hic vir: nam ex acidis pomis factus syrups aliā intentionem

tentionem habet, ut ex Serapionis Antidotario sumi possit, ubi ipse hunc syrumpum ex acidis malis factum describit: nec dicit passionibus cordis succurrere, sed ventriculum, atq; ventrem roborare, et vomitum ex bile remouere, et sitim caferre, et eam sedare, nihil autem de corde ponit. Cordi vero odorata conueniunt, ut Galenus in libro de simplicium medicamentorum facultatibus docet. Imò Avicenna. V. lib. sui canonis syrumpum de pomis muzis, id est medy saporis describens, non dicit valere cordi, sed ad debilitatem ventriculi, et pulsus oris ventriculi ex caliditate, et vomitum cholericū abscedit, et sitim. Nulla autem ratio est cur passionibus cordis non succurrat, nisi quia dulcia poma odorifera nō sumit, quæ enim inodora sunt, ut acria poma, cordi non succurrunt, vel parum agunt, ut modicus est odor. Imò quia Mesue deincaps de syrupo acetoso de pomis tractabit, quem dicit confortare stomachū et cor, et sitim sedare. Si quandoq; illū parare volueris, poma dulcia et acria sumere debes: quia ratione dulcium odoratorū cordi succurrit: ratione acriū, ventriculo. Illi igitur aberrant, q; vel muta poma, id est medy saporis, vel acria accipiunt: sed ob cor odorata poma et dulcia sumenda sunt, et acria per se. Imò suaderem ut maior copia dulcium, quam acidorum sumatur. Nam et Paulus Egineta, hydro malum facit ex pomorum succis, et poma dulcia tantum recipit. SENEX. Dic tu quæ poma sumenda sunt: BRASAVOLVS. Multa genera dulcium pomerum sunt et acidorum: voluerim ego ut ex dulci et odorato fieret, qualia sunt ea poma, quæ nos piola quasi

appia vocamus: & illa etiam quæ Rosa ob colorem, & fragrantiam nuncupamus: suaderemq; ut pro acidis posmis ea sumerentur, quæ Musona vulgo dicimus, in mammarum formam oblonga & magna. SEN. Sunt' ne antiqui de hoc syrupo locuti? BRA. De hoc præcise nonne quam tractarunt, sed de facto ex pomorum succis. Nā

ydroma Paulus Egineta libro. VII. capite. XV, de hydromalo loquens, ex succo cydoniorum facit: postea in fine illius partis inquit esse nonnullos, qui hydromalon ex malis dulcibus similiter compofuere. Est autē compositio antiqua talis: Malorum concisorum puroru libras quinq; in aquæ fontis sextarijs decem tantundem elixato, donec vnum corpus reddatur, postea refrigerato, & colasto, & mala proje expresso cremore: aquam vero metiens mellis quantitate dimidiam admisceto, & rursus aſſidue despumando donec octaua pars euaneſcat decoque, SEN. Cur melle vſus est Paulus? BRA. Quia antiqui quiores zucharo carebant, SEN. Nunc redit in mente. BRA. Erat & alter modus à prædicto, succi malorum dulcium mundorum concitorum sextarios duos coquito despumans vſq; ad tertias, omniaq; una vice ſimil mixta ſint. SEN. Quæ compositio tibi magis apta videtur, hæc Pauli, an illa Mesue? BRA. Antiquas compositiones nunquam despicere auderem: tamen vt ingenue, suas laudes vnicuiq; tribuam, facto ambarum periculo, Mesue compositio aptius ſuccedit: ſed & illa Pauli aptior venit, ſi loco mellis zucharum acceperitis: Unde ſi hanc Pauli mensuram ſequaris, & ex zucharo parabis, aptiorem syrupum inuenies. Ob hæc autem ſuadeo ut in syrupo

S Y R V P O R V M

121

syrupo de pomis Mesue maior pars sit dulcium & odo ratorum pomorum, minor acrum. Appellatur antē syru pus de pomis simplex ad illius differentiam, qui Sabor dicitur, est enim si compositus, tamen cum simpliciter sy rupus de pomis ordinatur, absq; aliquo addito, hic intel ligendus est, ille autem qui Sabor dicitur, nunquam nisi per eius nomen exprimatur intelligitur. Verū quia diffe rentiam video inter pharmacopolas in cōponendo hunc syrumpum sabor: propterea dic tu quem paras, vt eius cō positionem iusto examine perpendere possimus. S E N. Illum paro qui à Mesue in cura maniæ & melancholiæ sanguineæ describitur, vbi inquit: sabor rex Medorū syrups conferens maniæ & melancholiæ ex aduertione choleræ, cuius descriptio subsequens est.

Syrupus
de pomu
sabor.

Recipe succi Buglossæ domesticæ) aī. lib. y.
Sylvestris)

Succi pomorū dulciū redolentiū lib. iiij.

Folliculorum senæ vnc. iiiij.

Croci 3o y.

Zuchari tabarzeth lib. iiij.

Fiat autem sic: Sena projiciatur in succos per diem & noctem, post cōtritionem eius: deinde bulliant ebule litione vna, aut duabus: deinde cum zucharo fiat syrus pus: Crocus autem confricetur in panno in eius decoctio ne. Haec tenus Mesue. B R A. Hic est verè syrups Sabor: sed nonnulli pharmacopolæ Ferrariæ pro hoc Sabor de cepti alium faciunt, in quo & poma ingrediuntur. S E N. Eum edoceas (ni tibi molestum sit.) B R A. Ille est, quæ Mesue in capitulo de Soda frigida ab humore melana

122 EXAMEN

cholico describit. Est autem syrupsus Mesui Iuhe, qui multum valet in quartana & in omni aegritudine melacholica, & oppilatione splenis: unde non multum differt ab illo Sabor in intentione, sed bene in compositione. Decipiuntur autem putantes esse syrupsus Sabor, quia principium illius capitum incipit, sabor heben Girges. SEN. Quae est huius syrupsi descriptio? BRA. Si placet referez ram. SEN. Placet. BRA. Haec est quae subsequitur.

Recipe capillorum Veneris)	
Radicum Buglossæ domesticæ)	
Sylvestris)	
Florum earundem)	añ. vn. i.
Polypody)	
Epithymi)	
Foliorum Senæ)	
Chamomillæ)	añ. 3. viij.
Stichados)	
Chamædryos)	
Schoenanchi)	añ. 3. iiiij.
Hellebori nigri)	
Fumi terræ		3. viij.
Eupatorij		3. iiiij.
Succi pomorum dulcium. Contextus communiter legitur 3. viij. Sed legi debet. vnc. viij.		

Itaque legit contextus meus antiquus, omnia praeter Epithymum, & succum pomorum. In libris tribus aquæ bulliant, usque ad duas: deinde epithymus in eo bulliat ebullitione una, & coletur, & cum jucco pomorum, & duabus libris zuchari fiat syrupsus. SEN. Hic syrupsus certe laudabilis

landabilis est. BRA. Tamen præscriptum sabor nunc
cupatum facere debes qui in roborando corde plurimū
valet, præsertim cum atra bile afficitur. SEN. Quā, zu-
chari quantitatē in syrupo de pomis sabor ponere oportet? BRA. Diuersæ descriptiones diuersa pondera ha-
bent, in summa autem zucharum sit libræ tres, ut super-
rins annotasti, & crocus. 3. y. Ideo semper eodem modo
facito, nam cōpositio exquisita euadet. Dic autem, quod
à Mesue in fine additur, Crocus autem confricetur in
pāno in eius decoctione, quomodo hoc intelligis? SEN.
Nos crocum in lineum pannum ligamus rarum, et ebula-
lire facimus. BRA. Optime agis, sed opus est lineum pā-
num, in quo est, fricare, ut crocus simul confricetur, &
subtilior pars exeat, crassior autē abiciatur: imò si actu
subtilissimè puluerizatus esset, in decoctione ponere nō
vererer, ut non solum vires, sed & ipse met actu ingre-
deretur. Nunc ad alios syrups accedamus.

SENEX.

Syrupus de agresta accedit. BRA. Præstans est, atq[ue]
optimus in magnis æstibus ad leuandam fitim, &
inflamationes tollendas, dandusq[ue] est non solum ægris,
imò & fitientibus sanis: inflamatione ventriculi plurimū
valet, & quando bile plenus est, & in biliosis febribus,
& in vomitu ex bile: valet etiā ad vomitū prægnatiū,
& ad earundē ventriculos, qui superfluitates facile reci-
piunt: valet & ad malitiā prægnantiū, quā græci μίττων
vel μίσθιον, nos picā dicimus. Venenis etiam obstat, pro-
pterea mirus syrupus est, q[ui] èt in crassiusculis materiebus
ob incisione exhiberi potest: sed dic quomodo illū paras.

Syrupus
de agre-
sta.

SEN. Eodem modo quo syrupum de acetositate citri,
nam accipio succi vuæ omphacinae lib. XII. & in vitrea
to vase ad consumptionem tertiae partis super prunas,
igne lento, & cù facilitate decoquo: postea percolo, &
dimitto, quoad clarificetur, & ex eo quod claru est lib.
VII. accipio: & libras quinq*u* iuleb clarificati & depus-
rati addo, id est zuchari clarificati libras quinq*u*, & co-
quatur donec inspissetur. Si verò æstas fuerit, dimittatur
in sole donec eius aquositas consumetur. BRA. Fieri nō
potest nisi in æstate, quia hoc tempore solum & vinum
omphacium, & vua omphacina habentur. SEN. Imò illo
modo fiet. BRA. Eodem præcise modo paras, vt ille de
acetositate citri paratur. SEN. Ita est, Sed miror, quod
apud antiquos hic syrus nō inueniat. BRA. Imò in-
uenitur, sed (vt diximus) zucharum non habebant, pro-
pterea ex melle confecere. Paulus lib. VII. capi. XV. de
Omphaco
neli.

omphacomeli tractat, est autem compositio ex vino om-
phacio & melle confecta, secundum mensuram ferè à te-
citatam. Quippe in mensura parum differunt. SEN.
Quomodo facit suum omphacomeli Paulus? BRA. Au-
dies, inquit, Accipe succi omphaciæ, id est vuæ immaturæ
sextarios tres, mellis sextarium vnum, & per. xl. dies so-
li exponatur, aut igne decoquaf. SEN. Certe parua dif-
ferentia est inter vtrosp, nisi in positione mellis & zu-
chari, in mensura autem rerum parua est. Numerat autē
Paulus dies expositionis ad solem, qui à Messe non nu-
merantur & re vera numerari non possunt, quia in aliis
qua æstate magis æstuans sol plus consumit, quam in
alia in quz sol non ita æstuabit, ideo aquositas citius vna
æstate

estate quam alia consumitur. SEN. Nos semper igne
lento paramus. BRA. Ita etiam conuenit, sed solis calor
magis uniformis est, ideo antiqui, ut plurimum soli expo-
nentes parabant, quamvis nonunquam ad ignem coque-
rent, praesertim cum aestuum tempus pluuiosum erat:
quod tamen raro accidit. Ideo mihi magis placet quod
tempus expositionis ad solem præfixum non sit, sed tam
diu in soletur quandiu equitas exicetur. Tria autem
a te scire cupio. Primum est, quam vua omphaciam ac-
cipias. Secundum, quo tempore colligas. Tertio, an illico
exprimas. SEN. His tribus tibi satis factum iri conabi-
mur. De vua omphacia respondemus nos electionem non
habere, sed eam agrestiam sumere, quæ presentatur.
BRA. Hoc non conuenit, sed id omphaciū sumere oportet,
cuius matura vua qualitates, quæ syrupo attribuuntur,
magis habet: Propterea sumendum est omphacium albæ
vuae, quam nos vulgo albanam vocamus. SEN. Ita dein
ceps faciam: colligimus autem in mense Iuly. BRA. In
principio, an in fine? SEN. In fine. BRA. In Iuly men-
sis medio colligenda est, antequam sit initium maturitas-
tis, & cum iam habet succum: in hoc enim medium fera-
riare oportet, ne deflorescentiae multum propinqua sit,
vel maturitati. SEN. Hoc non obseruabamus. Omphaci-
nam vua vero à vite dempta per duos dies seruamus,
postea exprimimus. BRA. Et hoc agendum erat, ut su-
perflua quedam humiditas resolueretur. SEN. Nescio
autem an cum gariophyllis condire debeam. BRA. Ego
cum nulla re condirem: vidi & qui cū Myrobalanis cō-
diren, tamen suaderem, ut simpliciter fieret, quamvis &

syru: f.
agresti
albana
alba di
vua

Auicenna in V. lib. sui canonis duas Gariophyllorum drachmas simul misceat, & sine Zucharo faciat: vel si tu dulcorare volueris, Zucharum addas. Quem syrupum etiam describit Serapio, sed nos Mesuen imitamur, ut posse eū qui syrupum paret omphacomeli antiquorum propinquissimum. Quomodo autem omphacina vua exprimi debeat, omnibus etiam mulierculis notum est.

SENEX.

Syrupus
de fumo
terræ.

DE hoc satis dictum arbitror. Ad syrupū de fumo terræ veniamus. BRA. Cum duo sint de fumo terræ syrupi, maior & minor, utrosque paratis, an unum solum? SEN. Unum, maiorem scilicet. BRASA. Nec immerito, quia is obstructiones ventriculi, & hepatis magis aperit, & haec membra magis roboret, & cutis morbos sanat, à falsis & adustis humoribus dependentes, quales scabies, impetigo, serpigo, lepra, morbus Gallicus ita tunc appellatus, quamvis qui de fumo terræ minor est. Nunc eius descriptionem assigna.

SEN. Haec est quæ sequitur, à Mesue ad verbum accepta.

Recipe Myrobalanorū Citrinorū) an. nu. xx.
Chebulorum)

Florū boraginis vel buglossæ Violarū)

Absinthi) an. vnc. i.

Cuscute)

Liquiritiæ) an. vnc. 6.

Rosarum)

Epithymi) an. 5. viij.

Polypedy)

Prunorum

Prunorum	nu.	c.
Passularum enucleatarum	lib.	b.
Tamarindorum)	añ.	vnc.
Cassiae fistulæ)		ij.

Hæc omnia bulliant in lib. X. aquæ , quousq; peruer-
niant ad lib. tres, & cum succi fumi terræ cocti & depu-
rati, & Zuchari ana lib. III . Fiat syrups decoquendo
quousq; eius formam acquisiuenterit. BRA. In hoc syrupo
præparando ordinem simplicium ingredientium potissi-
mum cōsiderare oportet, ratione ebullitionis , quoniam
aliqua maiorem , aliqua minorem decoctionem patiun-
tur. SEN. Nos omnia simul vna vice miscemus, & ebula-
lire facimus. BRA. Error grauissimus est. SEN. Tu era-
go ordinem edoceas. BRA. Libenter id faciam . Primo
polypodium ingredi debet: deinde pruna, passulæ, gly-
cyrrhiza, absinthium, postea rosæ, cuscata, flores bor-
ginis, post hæc violæ, myrobalani, deinde epithymus,
deniq; cassia & tamarindi : Quæ secundum aliquos
ebullire non debent, quoniam vim raram & debilem na-
cta sunt. Mihi autem magis placet, quod in fine injiciantur,
& vna vel altera ebullitione bulliant, vt cum alys
commodius vniantur , sicut Mesue in capite decoctionis
docet. Et si dixeris lenitiuà bulliendo humiditatem amit-
tere. Respondemus amittere quidè humiditatem acciden-
talem, non tamen naturalem . Si igitur hunc syrumpum
parare volueris, hunc ordinem serua, qui subjequitur,
Facta decoctione, Zucharum aqua fontis clarifica , quo
decocto & clarificato, fumi terræ succum adde cum ad
cocturam syrapi peruerterit : prædicta autem decoctio

pluribus vicibus paulatim addatur, quoad perfectam coctionem habuerit, & hoc modo decoctionis vis non resolutur: deniq; tamarindi, & cassia injiciantur, & decoctione in finem ducatur. SEN. Deinceps ita agam: sed quosdam audiui, qui hunc syrupo rosas recipere negat, & ubi legitur Ros, ipsi exponunt rasæ, ut ita sequatur glycyrrhizæ rasæ. BRA. Hi lôge decipiuntur, tum quia in antiquis Mesuæ codicibus legitur rosæ, tū quia dicit ana vnciam semis. Si autem hæc particula rosæ abesset, legeretur liquiritiæ rasæ, ana vnciam semis, quod absurdum est: nam hæc particula ana de una re sola dici non potest. Deniq; rosæ in hac compositione multum proficiunt, cum ob alia multa, tum ad roborandum, scitoq; boraginis flores sumedos esse. Interpres additi buglossæ sed de omnibus simplicibus hic positis in simplicium examine abunde egimus. Hic autem syrups vim compresuam, solutuam & lenituam habet, ratione diuersarum rerum ingredientium. SEN. Has res enarra, & statim alium syrupum in medium afferam. BRA. Libenter hoc faciam. Ob myrobalanos, tamarindos, & pruna comprimit. SEN. Quomodo ob pruna comprimit? BRA. Quia pruna sumuntur que acidum saporem habent: tamē laudarem potius ut dulcia pruna, qualia Damascena & Iberica, id est que vulgo cathalaunica nuncupantur, acciporentur, quia illa aitæ bili magis aduersantur, quam que vulgo sumuntur, & à mense à quo maturantur, & colliguntur, augustana appellantur. SEN. Debent ne sumi viridia pruna, an arida? BRA. Si viridia haberis possint, viridia sumatur, quia magis leniunt: si autem viridia non

S Y R V P O R V M

129

non habeantur, quando hoc syrupo indiges, sicca accipito, quia & exiccata leniunt. Ad rem nostram redeuntes, ob epithymū: polypodiū, absinthiū, & terræ fumum soluit. Ob cassiā lenit, & tamarindos, & adde pruna, si dulcia sint. SEN. Quæ quantitas huius syrupi ventrem soluere apta est? BRA. Si recenter factus sit, quatuor vnciæ soluunt, moderatè tamen: si non ita recensit, & in duriori alio, sex exiguntur. S E N E X.

O Vid impedit nūc syrum de absinthio cōsidērare? BRA. Duæ descriptiones à Mesue fūt: vtram vos paratis? SEN. Primam. BRA.

Eius descriptionem propone. SEN. Hæc est ad versum ferè quæ subsequitur.

Recipe absinthij Romani	lib.	fi.
Foliorum roscarum	vnc.	ij.
Spicæ	z.	ij.
Vini albi antiqui boni & odoriferi,)	an.
Succi Cotoneorum)	lib. ij. fi.

Dimitatur per diē & noctē in vase lapideo, deinde coquatur cū facilitate usq; ad medietatē, & cum mellis lib. II, fiat syrus expertus & nobilis. Hæc Mesue.

BRA. Syrus est multis nominibus dignus, quippe vetrīculū roborat, & prociduo appetitui cōuenit, vetricus lo debiliōri succurrit, & quādo intestina mollia sunt, ipsis prodest, hepatis debilitatē remouet, pr̄sertim quādo hæc à causa frigida prouenerint: imo & in causis caslidis cōuenit si nōnullis frigidis corrigatur: sed per vase lapideū quid intelligis? SEN. Nos vitriatū vas accipimus ex argilla cocta confectū. BRA. Quānis de hac re

Syrupu
de absy-
thio.

multa cura non sit, tamen per lapideum vas marmoreum
potius accipere oportet, quam lateritiū, aut figulino ope-
re factum: quippe nomine lapidis apud antiquiores figu-
lina non veniūt: sed ea solum quae in montibus prodeunt.

SEN. In hoc syrupo rosæ, spica, et ea quae modicam
decoctione patiuntur, quo ordine poni debent, quia ante

*egit hoc
monitionem
sepsum
paratu
ne si po
deficit
in copia
eris impetus
mucor.*

decoctionem omnia simul infusa sunt? B R A. Scito,
et sit tibi alta mente reposum, quando infusio per ali-
quod temporis spatium decoctione præcedit, tunc omnia
simul infunduntur. Illa vero quae modicam decoctionem

paciuntur, suam vim exhibet rebus infusis, et ita in de-
coctione vis horum seruatur, quod non fieret si primo
infusa non fuissent, sed ab ebullitione incepissent. Cum
enim bulliunt et non præcedit infusio, tunc ordo seruan-
dus est, ut quae maiorem decoctionem patiuntur, primo
iniciatur: deinde quae minorem: denique quae minimam.

Dic vero, paras' ne huc syrupum ex melle, vel Zucharo?

SEN. Ex Zucharo quandoque paravi, sed nunc melle vtor.

B R A. Non inficiar ex Zucharo fieri posse, sed et au-
thor ex melle facit, et res ipsa exigit: eo enim in mate-
riebus frigidis solum vtimur. Si autem materia calida sit,
frigidis temperamus. Sed dicas cur alium syrupum de ab-
sinthio non paratis, qui à Mesue fit, et simplex est?

SEN. Quia in usu non est. B R A. Ego quandoque eo
vterer, quia in aliqua hepatis affectione solo absinthio
indigo, et non alijs rebus, tunc hoc syrupo vterer.

SEN. Deinceps in tui gratiam parabo. B R A. Imò in
ærorum gratiam, quibus conueniet, et ego ipsum sys-
rupum de absinthio simplicem appellabo.

SENEX.

SENEX.

Syrupus de mentha succedit. B R A. In syrupo de Syrupu
absinthio erant duo syrapi, quorum primus erat in de mēth
vſu, secundus non est. Contrarium est in syrupo de men
tha. Duo etiam à Mesue scribuntur: sed secundus in vſu
est, primus autem non est. Et hoc merito, quia secundum
āuenit Mesue, et probauit, et primo excellentiorem
esse non modo ipſe dicit, sed quotidiana experientia cō
probatur. Est autem optimus ad ventriculum, cum frigida
ditate peccauerit, et vomitus ac naureas sanat: Jngui
tus remouet, atq; fluxus ventris à causa frigida. In calida
da etiam ventriculum roborat: nam ad hoc agendum
egregius est, sed eius descriptionem afferas. S E N. Hec
est quæ sequitur.

Recipe succi Cydoniorum muzorum)
Dulcium)
Succi granatorum acetosorum) an. lib. i. 6.
Dulcium)
Muzorum)

Su pra hos succos injice menthæ fccæ lib. i. 6.

Foliorum rosarum 3o y.

Et dimittantur per diem et noctem, deinde coquas
tur cum facilitate vſq; ad medium, et cum mellis vel Zie
chari lib. II. fiat syrpus, et aromatizetur cum gallia.
Hæc Mesue. B R A. Cur mentham fccam accipitis
SEN. Non accipimus fccam penitus: sed quæ passa
fuerit, vt pote quæ humiditatem quan dam superficia
lem amiserit. B R A. Et eo modo sumenda est. In hoc
quoq; syrupo, in his quæ decoquuntur ordo non ponitur,

quia omnia simul per diem & noctem infundantur.
Scitoq; cum apud hunc authorem inuenies per diem &
tas horas
ut regi ins
ab aliis et
lata / u
et m.
noctem, intellige viginti quatuor horas: cum autem per
diem, aut per noctem, intellige duodecim horas. Sed dic,
ponis' ne tu galliam ut redoleat ? quod vos aromatizare
nuncupatis? S E N. Ut ingenue verum fatear, non posso
no. B R A. Multi pharmacopolæ, & Ferrarie, & in
tota Italia te sequuntur. Sunt tamen et aliqui Ferrarie,
qui redolere faciunt, & qui galliam muscatam Mesue,
semper paratam habent. S E N. Ego deinceps parabo,
ne quicquam vel necessarium mihi desit. B R A. Recete
quidem ages. S E N. Rare sunt compositiones quæ men-
tham recipient, & succa esse non debeat. B R A. Hoc
at mela
syrupo sic
et c.
non mirum quia viridis flatus excitat, qui ventriculū co-
turbant & lœdunt : sicca autem vim flatuosam amittit:
sed exquisitè sicca non fit, ut superius tu ipse aduertisti.
Vnum autem obiter annotare volo. In aliquibus phar-
macorum descriptionibus legi menthæ humidæ: tunc so-
la viridis mentha intelligenda non est, sed & ea quæ in-
pingui & humido solo viruerit. S E N. Hoc mihi sum
mè placet à te annotatū esse. B R A. Hoc tibi addā, quan-
do absolute in aliqua compositione mentha ponitur si-
ne aliqua additione siccæ, vel viridis, sicciam semper in-
telligere oportet. Idem iudicium est de hyssopo, & plus
ribus alijs, quæ suo loco dicemus. Sed vnum est, quod in
hoc syrupo perpendendum est, succos esse libras septem
& semis, puluerem menthæ esse libram unam & semis,
vel mentham ipsam quæ imbibet ferè totam succorum
quantitatem. Ideo non poterit ebullire usq; ad medium,
propterea

S Y R V P O R V M

133

propterea vel succi augendi vel mentha sicca esse non debet, ne succos imbibat.

S E N E X.

Syru^s de epithymo, post illum de mētha scriptus Syrupus est. ERA. Ego hoc vtor, magno etiam præsidio in de epith scabie gallica, in canceris, in area, in scabie, in occultis mo. Et c vulneribus que cauerosa, sinuosa, & fistulosa sunt, in lepra, & in vniuersum in omni morbo ex atra bile adū sta facto, & simplici atra bile, & bile adustata: qui si in copia sumeretur, egregie euacuaret. SEN. Quanta est hæc copia? BRA. Quatuor vnciæ usq; ad sex. SE N. *Si quis usq; atinung.* Eodem modo soluit & syru^s de fumo terræ. BRA, Ille de fumo terræ minus soluit. SE N. Est igitur hic sy rupus solutiuss? BRA. Solutius quidem, quia soluit, sed etiam digerit: propter hoc, quando opus est, ipsum li benter exhibeo, quia simul & soluit, & digerit: quod etiam infusionem senæ facere deprehendimus. SEN. Quæ differentia est, inter hunc syru^s, & illum de fu *syru^s & qd* *terrabili* *rea.* mo terræ? BRA. Ille de fumo terræ minus calidus est, & hic de epithymo magis. Propterea in materiebus calidioribus eo de fumo terræ vti debemus: in minus calidis, illo de epithymo, qui tamen inter se plurimum conueniunt. Cū igitur adustos humores biliosos esse video, sy ru^s de fumo terræ vtor. Si autem atrabilarij, aut pitui sofi fuerint, syru^s de epithymo vtor. Nunc autem eius descriptionem consideremus. SEN. Hæc est quæ subsequitur à Mesue ad uerbum accepta.

Recipe epithymi boni hortensis 3. xx.

Myrobalanorum citrinorum 3. xv.

I 3

<i>Indorum</i>		<i>añ.</i>	<i>5.</i>	<i>xv.</i>
<i>Cuscute</i>)			
<i>Fumi terræ</i>)		<i>añ.</i>	<i>5.</i>
<i>Thymi</i>)			
<i>Calamenti</i>)			
<i>Buglossæ</i>)			
<i>Emblici</i>)	<i>añ.</i>	<i>5.</i>	<i>vi.</i>
<i>Bellirici</i>)			
<i>Liquiritiæ</i>)			
<i>Polypodij</i>)			
<i>Agarici</i>)			
<i>Stœchados</i>)			
<i>Rosarum</i>)			
<i>Seminis fœniculi</i>)	<i>añ.</i>	<i>5.</i>	<i>y. 5.</i>
<i>Anisi</i>)			
<i>Prunorum</i>		<i>nu.</i>	<i>xx.</i>	
<i>Passularum enucleatarum</i>		<i>vnc.</i>	<i>iiy.</i>	
<i>Tamarindorum</i>		<i>vnc.</i>	<i>y.</i>	<i>5.</i>
<i>Zuchari</i>		<i>lib.</i>	<i>iiy.</i>	
<i>Rob, id est sapæ</i>		<i>lib.</i>	<i>y.</i>	

Fiat syrpus. Hæc Mesue. BRA. In hoc syrupo am
biguitas non mediocris est de ebullitione simplicium, in
quanta aquæ quantitate ebulliri debeant: e quidem puta
re non oportet, Mesuen in duabus libris Rob ebullire
voluisse, quia fieri non posset. SEN. Primo in aqua
ebullimus, & exprimimus: deinde Rob addimus. BRA.
Sed quantum aquæ quantitatem sumis: nam à Mesue
non exprimitur. SEN. Sine pondere accipimus, ut no-
bis videtur, & omnia simplicia in tantam aquæ quanti-
tatem

SYRUPORVM

133

tatem in fundimus, quanta sufficit: ut aqua simplicibus superemineat: itaq; per diem dimitimus, postea decoquimus, & exprimimus. BRA. Ergo prius infunditis: tamen à Mesue non dicitur iufundi debere. SEN. Ita semper facimus. BRA. Et ita semper erratis, quia sine ordine ponitis quæ maiorem decoctionem patiuntur, et quæ minorem, & quæ ferè nullam, vbi ordo seruandus est. SEN. Modum igitur, quo operari debeam in hoc syrupo edoceas, ne deinceps errem. BRA. Faciam s; aures accommodabis. SEN. Iam accommodatas habes. BRA. Credendum est hic Mesuen, & aquam, & aquæ quantitatem omisisse, quia supponit sumendam esse, & posse sumi ex aliquo superiori syrupo. Inter prædictos autem syrups ille de fumo terræ maior huic magis effinis est, quam alius alter, & hoc non solum viribus, sed & compositione. Ideo ex illo per similitudinem aquæ quantitatem sumendam puto. Sint ergo libræ decem aquæ, in qua fiat decoctio, adeò ut tres libræ remaneat.

Ordo autem rerum qnæ ingrediuntur hic sit, vt primo polypodium & agaricum ponantur, deinde pruna, pas-
fulæ, glycyrrhiza, fœniculi, anisa, stœchas, fumus ter-
ræ ingrediantur: postea rosæ, cuscuta, buglossa. In-
de Myrobalani absque nucleis: denique epithymus.
In una autem decoctionis parte tamarindi dissoluantur, & zucharum cum Rob positum bulliat, & cum fuerit ad spissitudinem mellis decoctio paulatim addatur, & in fine iniijcantur tamarindi in il-
la decoctionis parte dissoluti, & vna vel duabus ebullitionibus bulliant ad spissitudinem syrapi: nempe

ordo pas
syrupi.

*elicio
q̄sime*
tamarindi parum bullire debent. SEN. Quid intelligis per vnam vel per duas ebullitiones? BRA. Tibi nunc aperiam: puto autem tescire cur simplicia ebulliamus. SEN. Nec istud perfecte scio. BRA. Per ebullitionem, simplicium vires excitantur, & melius in liquorē in quo decoquuntur, suas vires imprimunt. Appellatur autem vna ebullitio, cum ebullire incipit, quousq; simplicia sursum & deorsum semel reueluantur. Cum vero bis, duæ ebullitiones sunt. Vnde cum tamarindos inycis, tali hora inycito quod vna vice agitādo, aut ad summū duabus syrups decoctus sit. SEN. Mesue dicit hunc syrupum valere ad Saphati, per hoc vocabulum quid intelligere oportet? BRA. Id quod Græci dicunt ἀχαράς. Vides igitur eos qui dicunt quindecim libras aquæ sumendas errare. SEN. Cur hortensem epithymum accipit? BRA. Quia sylvestris & montanus nimis siccii sunt. Sed nō querimus tantam siccitatem, quia materies bus adustis aduersari debet.

SENEX.

*yrupus
e eupat-
rio.* **I**gitur syrupū de eupatorio examinare incipiemos. BRA. Si eius descriptionē propones, de illo statim loquemur. SEN. Mesue in hunc modum habet.

Recipe Radicum apij.)

Fœniculi)	añ.	vnc.	y.
----------	---	-----	------	----

Endiuae)			
---------	---	--	--	--

Liquiritiae)			
-------------	---	--	--	--

Squinanti)			
-----------	---	--	--	--

Cuscutæ)	añ.	3.	vi.
---------	---	-----	----	-----

Absinthij)			
-----------	---	--	--	--

Rosarum

SYRUPORVM

137

Rosarum)		
Capillorum veneris)		
Bedeguar)		
Suchaha)		
Florū buglossæ, aut radicū eius)	añ. 5.	v.
Anisorum)		
Fœniculorum)		
Eupatorij)		
Raued)	añ. 5.	iij.
Masticis)		
Spicæ)		
Assari)	añ. 5.	iij.
Folij)		

Coque in libras octo aquæ ad consumptionem tertię partis, & cum libris quatuor zuchari fiat syrups, cum succi apij, & endiniæ quātitate sufficienti. Hæc Mesue, BRA. Syrupum excellentem quidem proposuisti; sed talem, qualem nos facturos non credo, est enim optimus syrupus in longis febribus, præsertim cum vires concoctrices, & iecoris, & ventriculi corruptæ sunt, et ad hydropi præparantur. Valetq; ad καχεξίαν, id est malum habitum & ad cacoëthe. Si etiam in uetriculo & iecore flatus sit, eo dissoluitur. Si hæc mēbra valde frigida sint & ferè debilitate confecta, hoc syrupo reficiuntur. Ad tensionem hypochondriorum valet, & ad dolorem eos runden, & ad confirmatum iam hydropon. E quidem dignus est multis nominibus syrupus, sed adeò difficilis factu ut an fieri possit plurimum dubitem, ob simpliciū quæ ingrediuntur difficultatem. SEN. Si omnia simpli

cia haberentur, quo ordine incederes? B R A. Ordinem
continuo seruandum sequerer, ut primo quæ maiorem
decoctionem sustinent, injitantur: deinde, quæ mino-
rem, deniq; quæ minimam. S E N. Modum enarra. R A B.
Primo radices apij, endiuiæ, bedeguar, & suchaha in-
grediantur. Secundo anisi semen, & fœniculi. Tertio
squinantium. Quarto absinthium & eupatorium. Quin-
to mastiche. Sexto assarum. Septimo spica. Octauo cu-
scuta & flores buglossæ, & capilli veneris. Nono ras-
ued, & hoc sit in fine decoctionis, quoniam hoc per
viam infusionis potius, quam per viam decoctionis ponî
debet, ut magis operetur. S E N. Tuum ordinem iam ac-
cepi, sed mirum est cur hic syrups de Eupatorio dica-
tur, cum minimam portionem Eupatorij recipiat. B R A.
Verum dicas, tamen quia omnia alia simplicia alios syru-
pos ingrediuntur, ab Eupatorio denominationem acce-
pit, tanquam ab eo quod syrporum compositiones raz-
rò ingreditur. S E N. Quæ sunt illa, quæ in hoc syrupo
parando tibi difficultatem pariunt? B R A. Ab eo quod
syrupo nomen dat, incipiam, Eupatorio inquam. Quid
pro eupatorio sumis? S E N. Eupatorium vulgare non
accipio, sed id accipio, quod vulgo agrimonium nuncus-
patur. B R A. Evidem in omnibus antiquorum com-
positionibus quas Eupatorium ingreditur, si ex anti-
quis sumptæ sint, agrimonium vulgare accipere conue-
nit, & tu id agens optimè facis: quia (ut in examine
simplicium late patet) eupatorium antiquorum, est no-
strum vulgare agrimonium. Tamen ubi Mesue eupato-
rium ponit, dubito an agrimonium sumere debeas, quia
Mesue

Mesue eupatorium ab antiquorum eupatorio diuersum
esse videtur. In Mesue autem compositionibus, Mesue
simplicibus vtor: Sed eupatorium Mesue vulgare Eu-
patorium, & non agrimonum esse videtur. S E N . Er-
raban igitur in hac compositione agrimonum sumens,
sed cum viris summis errabam. B R A S A . Tuo arbitratu
errare poteras, nam Agrimonum vulgare, quod est
antiquorum, & Dioscoridis eupatorium, iocinerosis
quidem valet: sed illis passionibus valere non videtur,
quibus Mesue Eupatorium succurrit. S E N E . Ego igi-
tur in hac resum anceps. B R A S A V O L V S . Et nos
te hoc fasce leuabimus. Non desunt medici, qui Mesue
eupatorium aliud esse ab antiquorum eupatorio indi-
carint. Tibi autem dicimus, si pro eupatorio aut Me-
sue aut antiquorum vulgare Agrimonum sumes, nun-
quam errabis, quoniam & Mesue eupatorium est no-
strum vulgare agrimonum, si eius descriptionem con-
sideres. Illi' que decipiuntur qui Mesue eupatorium,
vulgare eupatorinm esse iudicarunt: nam Mesue
cum Dioscoride in eupatorio conuenit. Constat autem
Dioscoridis eupatorium, Mesue eupatorium esse: quipe
pe Mesue dicit, est herba longitudinis cubiti: Dio-
scorides autem esse herbam cubitalem, & aliquan-
do ampliorem scribit. Addit Mesue, multæ amari-
tudinis, quod non ponit Dioscorides. Addit etiam
Mesue, cuius folia sunt sicut centaureæ minoris viridia.
Nec istud ponit Dioscorides, tamen verum est. Quæ
autem à Mesue dicuntur de eius folijs, quod sunt aspes-
ra, incisa, & stipes eius est subtilis, hæc à Dioscoride

annotantur: etenim dicit folio per interualla inciso, prius autem dixerat hirsuto: quod est esse asperum. Dixerat etiam tenuis scapi, ut non videatur dubitandum, Mesuen Dioscoridis eupatorium, quod est agrimonum vulgare voluisse describere, sed id quam barbare fecit. SEN. igitur conueniens fuit agrimonum accipere. BRA. Et conueniens fuit, & erit, si illud semper accipies. SEN. Vehementer turbabar si alia herba erat, & nemini credere incipiebam. BRA. Esto igitur bono animo, & reliqua prosequamur. In fine syrapi dicitur, & cum succi aphy, & endiuæ quantitate sufficienti fiat syrus, quantam succorum quantitatem accipis? SEN. Ego sine pondere accipio: potest autem esse cuiuslibet succi libra una. BRA. Ita etiam aly pharmacopolæ faciunt: sed (vt ostendemus) errant, nam tibi demonstrare potero determinatam quantitatem sumendam esse. SEN. Tibi plurimum debeo, nam omnes ferè sine ordine, & sine pondere succum injiciunt.. BRA. Audies igitur. Cū Mesue dicit succos ponendos esse quantitate sufficienti, credendum est, aliquo loco hanc quantitatatem indicasse. Ideo locum quem rere oportet, ubi succorum quantitatem, quando in fine cum zucharo ponuntur edocuerit. Si autem considerabis syrum de fumo terræ maiorem, in de regulâ accipiendorum succorum accipi posse cognoscere. Nam eo loco tantam quantitatem succi depurati accipit, quantam zucchari. Ideo & hoc loco tanta quantitas succorum depuratorum accipienda est, quanta zucchari. Ideo illi errant, qui volunt hic accipi tres libras succorum, quia & ibi tres libræ succorum accipiuntur: nam illic tres libræ zucchari

chari sumuntur: ideo & tres libræ succorum accipiuntur. Verum cum hic quatuor libræ Zucharis recipiantur, etiam quatuor libræ succorum recipi debent. Hi autem errant qui volunt quatuor libras vtrorumque accipere, nam pro quolibet succo tantum duas libras sumere oportet, ut duæ libræ succi apud, & duæ libræ succi endiuia sunt: quatuor enim libræ vniuersitatis Zucharum nimis superant: quod Mesue in suis compositionibus facere non consuevit. SEN. Certe haec est conueniens regula. Accipiam igitur depuratum succum, & simul cum Zuccharo clarificato decoctionem paulatim addens ebullire faciam. B.R.A. Semper ita agendum est, praesertim ubi per decoctionem fiunt, & non precedit infusio. Sed aliud quoque me angit, folium hanc compositionem ingredi, tamen non habetur, vos autem illius loco quid ponitis? SEN. Ego semper usus sum duplum spicæ pro folio ponere. B.R.A. Utinam veram nardum haberetis, sed duo à Paulo Aegineta pro malabathro, id est folio in eius defectu sumi possunt. Unum est, Indica nardus à vobis qd sumendum sit. spica nuncupata: sed nardus nostra ex India non afferatur. Aliud est, cassia, quam nos canellam vocamus. In hac magis certi sumus: ideo pro malabathro canellâ injicias. Cum autem Venetis pro malabathro garyophyllorum folia vendant, non vereor foli j loco garyophyllorum folia sumere, quoniam & haec folia in hac compositione ad omnes intentiones ad quas valet efficaciam habent. Nec etiam mihi displicet, quod eius loco macis ponatur, & hoc est Arabū inuentum Nempe Auicenna secondo libro, capi. C.CLIX. cum folium deficit, macim sumi iubet.

Dicas autem pro Bedeguar & Suchaha quid accipit? SEN. Tibi ingenue verū fatebor, Pharmacopolas adeò varius videmus, ut horum loco nihil injiciam. BRA. Omitis igitur? SEN. Omitto volensⁱ, ne aliquid accipiāt quod compositionem peruerat, & ab eius vniuersali intentione discedat. BRA. Res equidem est, quae diu pharmacopolas agitauit. Nam superioribus annis fructum sylvestris rojæ, id est echinum illum qui in roseis concrescit, sumere consueuerunt, & nunc etiam alias qui seruant. Aly carduum ipsum accipiunt, aly rubum. Sed nunc carduum vulgo benedictum nuncupatum maior pars accipit. SEN. Tu autem quid sumendum iudicas? BRA. Si in primis quid sit Bedeguar apud antias quos discutiamus, eius loco quid sumendum sit videbis. SEN. Hoc lubentissime audiā. BRA. Serapio. XCIX. capite libri de simplicium mendicamentorum facultatibus, de Bedeguar tractauit, Dioscoridemq; ita dicentem adducit: Nascitur in montibus Zagial, & habet folia similia chamaeleonte albæ, nisi quia sunt strictiora & albissima, & super ea est simile borræ, & sunt spinosa, & habet stipitem lögum duobus brachys, in grossitudine dacti potlicis, vel plus: color eius est vergens ad albedinem, & super summitates eius sunt capitella spinosa similia eritio marino, nisi quia sunt minora & oblonga, & flos eius est coloris purpurei, & semen eius est simile grano chartami, nisi quia est rotundius. Hactenus Serapio. Audias modo Dioscoridem de alba spina differenter, non dico autem de spina alba, ut recentes faciunt, sed de alba spina. Nam & Manardus deceptus est,

est, ΛΕΥΚΟΙΣΤΡΑV Dioscoridis esse putans, Cum sit ἄκαρεος
ΛΕΥΚΗ, cum enim dicimus ΛΕΥΚΟΙΣΤΡΑV, fruticem intelligi
mus aculeatum, cuius copiam in nostris sepibus, ᏽ fo-
ueis habemus, flores albos, odoratos parientem, aut ge-
nus cardui aculeatum ᏽ quadratum, quod non est Bea-
deguar. Cum verò de acantha leuce, id est Spina alba lo-
quitur, est bedeguar Serapionis. Quod manifeste appa-
ret, si Dioscoridem Serapioni compares. Serapionis ver-
ba audiisti: nunc Diocoridi eadem dicenti attendas.
Nascitur, inquit, in móribus syluosisq; locis, folia habēs
chamæleontis albi similia, verum angustiora candidiora
raq;, subhirsuta, spinis infesta, caule binos cubitos ex-
cedentem, pollicari crassitudine, vel ampliore, subalbi-
dum, ᏽ inanem: cacumini echinus insidet, à marino
differens magnitudine, sed oblongus, flore purpureo
continente semen, quale cnici, rotundius. S E N. Nunc
idem præcise esse apud Serapionem Bedeguar, quod
apud Diocoridem spina alba, facile deprehendi: quid
autem sit, ignoro. B R A S A V O L V S. In Mutinen-
sibus montibus, Regiensibus, ᏽ Bononiensibus via-
ret, ᏽ in aliquo loco Ferrariensis agri asperiore, ego
tibi oculis ostendam. S E N. Gaudabo plurimum ᏽ
tibi ingentes gratias habebo. Audiui in Hetruria rusti-
cos ad coagulandum lac eius flore vti. BRASAVO.
Hoc quidaem non vidi, quamuis per Hetruriam equitas-
nerim ᏽ multa obseruauerim, sed bene audiui, ᏽ eius
fleros ad me mittentur hac cestate. Vidi tamen floribus
verbasci idē effici in eadē Hetruria. SEN. Ad suchaha
transeamus. BRA. Suchaha Serapionis spinā Arabicam

Dioscoridis esse putatur: plura tamē à Serapione de sp̄na Arabica secundum Dioscoridem scribuntur, quam ab ipso Dioscoride dicantur, forte Serapio in suo Dioscoridis lib. tot habebat, quæ ab aliquo interprete scripta erant: quod autē à Serapione plura descripta sint, quām à Dioscoride dicantur, manifestum fiet, si Serapionem audies secundum Dioscoridem ita scribentem: Natura huius herbæ secundum quod existimo est prope naturā Bedeguar, & est stiptica, & semen eius est fortius satis, & confert relaxationi vulvæ, & fluxibilitati ani, & cōglutinat vlcera, quoniam stipticitas eius est pauca sine superfluitate, & radix eius confert cursui humiditatum antiquarum matricis, & fluxui nimio menstruorum, & sputo sanguinis à pectore, & alys fluxibus humiditatū corporis. Hæc Serapio secundum Dioscoridem. Sed tu modo Dioscoridem audias ita dicentem, Spīnę albę natura videt esse, hoc est id quod Serapio dicit, est prope naturam Bedeguard. Sequitur Dioscorides, nam & ipsa spissat, stringitq; guttanta, mensium abundantias, sanguinis excreatus, & alias fluxiones etiamnum radice valens. Nascitur in asperis. SEN. Idem re ipsa cum Serapione dicit, sed Serapio magis ampliat, vel sermo Arabiticus non est ita brevis. Habes autem aliud testimonium quod hæc sit, si ea legas quæ idem Serapio secundum Galenū de suchaha scribit, Inquit enim: Hæc herba est similis plantæ Bedeguard, nisi quia virtus eius desiccatur & stipticat plus eo, & fructus & radix eius est fortior res quæ sit in ea, & ideo radix eius confert nimio fluxui menstruorum, & cōfert in omnibus ægritudinibus, quibus

bus confert Bedeguard, & fructus eius & radix consert apostemationi vulue & apostematibus ani, & radix eius incarnat vlcera, quia in ipsa est virtus consolidativa cum temperamento. Hæc Serapio de suchaha secundum Galenum. Nunc Galenum audies de ægyptea & gyptia eadem tertio lib. de simplicium medicamentorum facultatibus præcise dicentem, in hunc modum exorsus Achantha & gyptia, quidā Arabicam vocant, similis autem est albe spinæ nostrati, verum facultate validior adstringente pariter, & desiccante. Itaq; profluum muliebre radix eius iuuat, & alia quibus auxilio est, quæ apud nos nascitur spina: sed efficacius tamen omnia adiuuant, tum radix, tum fructus, sic vero & columellæ prodest, & ijs quæ in sede inflata sunt, tum vlcera ad cicatricem dicit, mediocrem habens, & non molestam ad strictionem. SEN. Idem præcise de suchaha dicit quod Galenus de spina Arabica, uno dempto. B R A. Quale hoc est? SEN. Cum Galenus scripsit prodesse columellæ, Serapio refert prodesse vuluæ. BRA. Deprauatus est Serapionis contextus, à librario parum perito, nempe legi debet vuluæ, quia hi Barbæ vuluam appellant, quam Latini columellam dicunt. SEN. Ita certe legendum puto. B R A. Auderem ego infinitos Arabum errores emendare, & conciliare, Græcis authoribus conserendo. SEN. Nunc scio Arabum suchaha esse Arabis cam spinam antiquorū. Cuperem aut ut mihi illam ostenderes, & quid accipiendum sit edoceres. B R A. Multi decipiuntur, qui hanc spinam arbusculam in Arabia esse putant qua fiat Acatia, sed longe decipiuntur, quia her-

ba est, aspectu similis nostræ albæ spinæ, tantum vero differt quia in Arabia nascitur, ut propter solum efficaciores vires habeat; sed quia haberi non potest, vel saltem facile, propterea profsuchaha Bedeguar sumere collaudarem, quia has duas herbas idem esse arbitror, & tandem solo, quo nascuntur, differant; hoc enim apud nos, id apud Arabes nascitur. SEN. Igitur eam spinam albam accipiam profsuchaha, & bedeguar, quam mihi ostendes. BRA. Si ita feceris, non errabis. Sed unum est quod me vehementer angit, nam huius syrapi intentionem consideras, quæ est aperire, referare, et potius soluere quam stringere, & deinde vires harū herbarum perpendens, quæ sunt predictis oppositæ, nepe adstringere, obstruere, & fluctiones remouere, statim suchaha, et Bedeguar in suspicionem mihi venere, quod in hoc syrupo ponere non debeant, qui est aperitiuus, & fluidum facere debet. SEN. Fortè ob ventriculum ponuntur, cui stiptica conueniunt, quando eius formam amiserit. BRA. Et in hoc opus est obstructiones aperire. Ideo varia Mesue volumina euoluere cœpi, ut experirer an in omnibus ita scriptum inueniretur. Omnia quæ incidi, haec duo habebant, Bedeguar, suchaha, quæ tamen in hac compositione mihi suspecta sunt. Ideo ne in hoc syrupo essent contra pugnantia absq; utilitate, vel illorum loco nihil possem, aut aperientia acciperem, nisi quis dicat ponere ad roborandum, quod vanum est. Illosq; non arguo qui Cardum benedictum, vulgo appellatum pro his ponunt. SEN. Quid igitur in tanto discrimine facere oportet? BRA. Quod lubuerit facito: si autem pro me, id est pro meis

meis ægris parabis, loco horum duorum sūchaha scilicet
et Bedeguar, sabinam et polypodium inycito. S E N.
In tui gratiam ita paratum habeo. B R A. Habeo. Alii
suo modo confectum velint: scito etiam cum Raued ab
solute scriptum inuenies, Rhabarbarum semper intelligi
gere oportet. S E N. Nunc pro hoc syrupo mihi in men
tem venit, quosdam esse, qui à syrupo bisantino succo
rum proportionem accipiunt. B R A. Quantam acci
piunt? S E N. Sicut in syrupo bisantino sunt quatuor li
bræ succorum et Zuchari libræ duæ et semis, ideo pro
omni Zuchari libra, debent poni succi depurati vnc. xix.
3.i.scrup.i.gra.xvi. B R A. Est nimia succorum quan
titas: potius sume tu ex illo de fumo terre, qui fit ex de
coctione et succis, sicut etiam iste fit: syrups autem bi
santinus fit solum ex succis, ideo inter istum, et Bisant
inum nulla est proportio, sed magna est inter istum et
illum de fumo terræ. S E N. Hic discursus mihi summè
placuit. B R A. Imò hoc erat summè animaduertendum
quia in hoc adest decoctione et succus, ideo ab uno regu
la sumenda est, qui decoctionem et succum recipiat, et
non ex uno, qui solù decoctione recipiat, vel solos suc
cos. Tu autem omnes syrups contempleris, cognosces nul
lum esse huic magis porportionatum illo de fumo terre.
Dic autem quis ille fuit, qui hanc proportionem ex syrupo
bisantino accepit? S E N. Vnus est ex nostris satrapis à
cuius nomine abstinere decreui. B R A. Viuit' ne? S E N.
Diu est quod desideratur, B R A. Igitur nemine offend
es, quia hominū verbis, mortuorū manes non lœdūtur.
S E N. Est libellus Lumen Apothecariorum inscriptus.

BRA. Certe vir ille vituperandus non est, quia sua etate in adiuuanda hac arte pro facultate laborauit, & ingeniu suum (ut illa etas patiebatur) exercuit. Illos enim obtorta conscientia affectos puto, qui illos calumniatur, qui mortales adiuuare conati sunt, vel feliciter, vel infelicitate successerit: si quidem feliciter iuuerint, laude digni sunt: si infeliciter, corrigendi sunt, & errores detegendi, non tamen conuicys irritandi. SEN. Et hoc semper probi viri officium esse existimauit, neminem laedere. BRA. Hoc non solum vir probus agere debet, sed etiam eius animus ita inclinatus & affectus sit. Nunc syrups alios perpendamus.

SENEX.

*syrupus
le liqui-
itia.*

Qui succedit, syrupus de liquiritia appellatur. BRA. Magnus est eius usus in pleuritide, in aniqua tussi, ad mundificandum pectus & pulmonem, sed eius conficiendi modum examinemus, enarrata simplicia, & eorum quantitatem, ut ab authore scribuntur. SEN. Ita Mefue ad verbum ferè dicit.

Recipe liquiritiae	vnc.	y.
Capillorum veneris.	vnc.	i.
Hysopis sicce	vnc.	f.

Super hæc proyce aquæ libras quatuor, et dimittatur per diē & noctē, id est vigintiquatuor horas, deinde coquantur usq; ad mediā partē, postea super hæc proyce.

Mellis)		
Zuchari)	an.	3.
Penidiarum)		viiij.
Aquæ rosatæ		vnc.	vi.

Fiat

Fiat syrups, id est bulliant ad cocturam syrups, & quando opus est administretur. B R A. In huius syrups compositione nihil ambigi accidit, nisi cum dicit siccum hyssopum, noli intelligere extremè siccum, sed quæ in superficie humiditatem amiserit: nec opus est secundū maiorem & minorem decoctionem simplicia iniçere, quia prius infunduntur. S E N. In vno solum recentes ambiguitatem faciunt, cum hic syrups aperire, & dilatare debeat cur aquam rosaceam recipiat: vnde & ego & multi alij pharmacopolæ, medicorū etiam suā aquam rosacea omittimus. B R A. Re vera omittenda non erat, quia partes pectoris relaxatas rōborat, & vim expulsive fortiorē reddit: quod siccitate, & stipticitate quadam fit, quæ tamē modica fit ratione aliarum rerum ingredientium. Ideo aquam rosaceam semper inycias: nec debet medicus vereri in morbis pectoris modicè ad stringentibus vti, præsertim cū ab aperientibus superantur. Ideo & illi summè errāt, qui i morbis pectoris rhabararum exhibere nolunt, & qui ob aquam rosaceam compositionem Manus christi appellatam prohibent, & plura similia, in quibus inspiciendum non est, quia postius profundunt, quam obesse possint: Imò, si omnia simplicia, & omnia composita consideremus, nihil est adeò perfectum, quin aliqua ex parte notari possit.

S E N E X.

His omissis ad syrump de hyssopo descendamus. Syrupus B R A. In Mesue etiam hic sequitur, & non præ de hyssop ter rationem: nā ad morbos pectoris, ad tussim, ad pleu- ritim, ad dolores corporis, ad asthmata efficacior est,

150 EXAMEN

quam de glycyrrhiza predictus. Tu autem eius compositionem edisceras. SEN. Hæc est apud Mesuen.

Recipe hyssopi sicce)		
Radicum apy)	añ.	5. x.
Fœniculi)		
Liquiritiæ)		
Hordei mundi		vnc.	2.
Seminum Maluæ)		
Dragaganti)	añ.	5. ij.
Seminum cydoniorum)		
Capillorum veneris		5.	vi.
Iuiubæ)	añ.	nu. xxx.
Sebestem)		
Passularum enucleatarum		5.	xij.
Ficuum fccarum)		
Dactylorum pingium)	añ.	nu. x.
Penidiarum albarum		lib.	ij.
Fiat syrupus.			

BRA. Simplicia quæ hunc syrum ingrediuntur, in nostro simplicium examine perpenfa sunt, & superius diximus quid per fccam hyssopum intelligere oporteat: nec opus est dubitare, quid per alba penidia intellegendum sit, nempe illa intelligimus, quæ ex zucharo albo facta sunt. Quod vero dubium ingerit est, quia si huius syrapi simplicia misceantur, emplastrum fieri nam Mesue non dicit vel in aqua bulliendo, vel in alio liquore. SEN. Subintelligere opus est, quia in pluribus alijs syrapis aquæ quantitatem posuit, in qua fit decoctione: ideo non est opus ut semper ponat, sed diligens lector, &

SYRUPORVM

151

etor, et pharmacopola plerunq; ex alijs syrups elicere debet. BRA. Optime sentis, sed quantam aquæ quanta titatem sumis, ut hæc simplicia ebulliant? SEN. Per pondus certam mensuram non habeo, sed simplicia in vas pono, et tantam aquæ quantitatē inīcio, quod simplicia tegantur, et aqua pollicari quantitate superemineat. Itaq; per aliquot horas relinquo, postea ad consumptiōnem medietatis ebullire facio, deinde excolata de cōcōtione penidia addo, et ad formam syrapi reduco. BRA. Non modo tu, sed et cæteri pharmacopolæ ita operātur, sed duplex error hic est: primo, quia non semper idem syrus erit, quia decoctio quandoq; maior, quandoq; minor euadit: secundo, quia eodem tempore omnia in decoctionem ponuntur, tamen sunt aliqua, quæ maiorem decoctionem, aliquam minorem patiuntur. Nec opus est fugias primo infundi, quia infundi non debent quando ab authore non specificatur infusio. SEN. Ab omnibus ita fieri vidimus. BRA. Et omnes sine regulâ agunt. SEN. Hoc, est' ne sufficiens causa ut syrupū immutet? BRA. Tantum immutare potest, quod vires æquè perfectæ non sunt in vno qui magis decoctus sit, et in vno qui minus. SENEX. Da tu regulam in qua nunquam errare possim. BRA SAVOLVS. In omnibus syrups certa regula assignari non potest, Sed in unoquoque syrupo sua exhibetur, quoniam (ut in syrupo de stœchade scriptum reliquimus) simplici, quæ ingrediuntur, ea sunt, quæ magis et minus aquæ recipiunt: si arida vel viridia sint, si mucosa vel non, si mollia vel dura. Ideo in omni syrupo sua aquæ

portio statuta esse debet. SEN. Quantam in hoc syrus
po inycies? BRA. Nunc tibi ostendam, si hanc composi-
tionem consideres, in ea paucissima sunt, quæ multum
aque imbibere possint: ideo multa aquæ quantitate non
indiget: imò si experiaris, octo libras aquæ satis esse
deprehendes, & decoqui quo usq; tres libræ relinquantur,
postea exprimantur, & cum penidijs ad formam sy-
rupi iterum bulliant. SEN. Sed quem ordinem in deco-
quendo seruare oportet? BRA. Primo passulæ, Zizia-
pha, sebesten, ficus, dactyli, radices apij, & fœniculi in-
grediantur: deinde hordeū, semen maiuæ, semina cydo-
niorum: deniq; tragacanthum, hyssopus, & capilli venes-
ris. SEN. Nullus est inter nos, qui hoc modo paret.
BRA. Ideo nullus est qui recte operetur. Notaq; hunc
syrupum dactylos, & cydoniorum semina ingredi, quæ
aliquam adstrictionem illi præstant, sed leuijimā: pro-
pterea adstringente aliquo vti licet, ybi etiam apertione
indigemus ad confortandum & roborandum. SEN.
Quur istud nunc iterum repetis? BRA. Quia in ma-
gnorum virorum mentibus insertum est, vt nec compo-
tio Manus Christi dicta, in dispositionibus pectoris ob-
aquam rosaceam, quæ ingreditur, exhibeat. SEN.
Tamen superius in syrupo de Eupatorio, qui plurimum
aperit, iubebas suchaha, & Bedeguar abyienda, quia
adstringentia sunt. BRA. Id faciebam, non quia ad-
stringentia, sed quia nimis adstringentia: imò ad repræ-
mendam vim fortium medicaminum adstringentia mi-
scemus, sed non vehementer adstringentia, qualia illa
sunt, quæ syrupum de Eupatorio ingrediuntur, in quo
nihil

nihil est quod vehementer vim habeat. SEN. Hoc mihi satis est. BRA. Scito præterea multos de hyssopo syrups à Mesue poni, vbi de tussi pertractat, qui omnes ab hoc distincti sunt. Tu solum isto uti debes, cuius per totam Italiam publicus usus est.

S E N E X.

Rari sunt, qui syrum de prassio Ferrarie parēt tamen quia ab aliquibus fit, & in usu est apud illos, ideo ipsum adducere non grauabimur. BRA. Miror quod omnes non parent: nam cum syrups de hyssopo non sanet, opus est ad syrupū de prassio deflectere: nā antiquae tussi, & ægritudinibus longioribus pectoris plurimum succurrit, & materiam crassam et glutinosam habentibus, & antiquis viris asthmatis patienbus, præseratim a pituitoso humore, crasso, putrido, & difficulter solubili. SEN. Ad eadem igitur valet ad quæ syrum de hyssopo valere dicebas? BRA. Ad eadē omnino, sed efficacius. SEN. Est ergo in pectoralibus syrups aliquis ordo. BRA. Imò perfectissimo ordine incedunt: quamvis plures (non quidem medicorum, sed qui mendentur: quippe differunt Medicus, & qui sine arte artem exerceat) id ignorent. Cum enim materia vel calida, vel ex calido & frigido mixta est, quia in principio calida materia magis agit, propterea à syrupo violato incipiendum est. Cum ægritudo procedit, ad syrupū de capillis veneris transeō. SEN. Ego hunc syrum nunquam vidi vel audiui. BRA. Nūc audiui, et deinceps videbis. Syrum est, quem parari facio, inter violatum, & illum de glycyrrhiza medius, cuius descriptione post

hunc de prassio prosequamur, à syrupo de capillis venefis, ad syrupum de glycyrrhiza peruenio. Interim subtilis & calida materia euanescit, frigida & crassa remaznet, propterea ad syrupum de hyssopo deflecto, qui nisi profuerit, ad illum de prassio tanquam ad sacram anchoram configimus, qui nisi sanet, is qui ægrotat, ferè desperatus est, vel ad decocta, & trochiscos veniendū. Nunc autem syrapi de prassio compositionem enarra. S E N.

Hæc est quæ sequitur.

Recipe prassi

vnc. ij.

Hyssopi

) Capillorum veneris

añ. 5. vi.

Liquiritie

vnc. i.

Calamenthi

Anisi

Radicum Apij

Fœniculi

Seminum maluæ

Fœnugræci

Ireos

Seminum lini

Cydoniorum

Passularum enucleatarum

Ficus siccas pingues

Penidiarum

Mellis boni despumati

añ. 5. v.

añ. 5. ij.

añ. 5. ij.

vnc. v.

nu. xv.

añ. lib. ij.

B R A. Hæc tantum ab authore dicuntur, & nihil de cōponendi modo addidit: S E N. Nihil, propterea & nos aquæ quantitatem accipimus, ut nobis videbitur. B R A.

In

S Y R V P O R V M 155

In hoc syrupo decem aquæ libræ sumi debent, quæ ad consumptionem medietatis bulliant, propter mel & penidia, quæ ingrediuntur, nempe maiorem decoctionis quantitatem exigunt, quam præcedens syrups de hyppo fecerit, quoniam in illo solum duæ penidiarum libræ erant: hic autem præter penidia, duæ mellis libræ ingrediuntur. Non desunt autem qui velint hic hyssopum viridem sumi: nos autem sicciam sumendam putamus, non tamen extreme sicciam, sed quæ in superficie humiditatem amiserit: & ita de alys. Huncq; syrumpum aliorum more componito, ut primo ea ingrediantur quæ maiorem decoctione patiuntur, ut passule, ficus, radices: postea quæ minorè, ut semina: deniq; quæ minimâ, ut capilli veneris. SEN. Hoc igitur semper obseruabo. BRA. Nisi errare volueris, modo nō sit opus simplicia prius infundere, qā cū infusio decoctione præcedit, tunc ordo ponendarum rerū non habetur. SEN. Cuperem nūc vt syrupū illū de capillis veneris mihi referres, quo vteris tu, nam & ego deinceps illum parabo. BRA. Hic est subscriptus.

Recipe glycyrrhizæ mundæ vnc. y.

Capillorum veneris	vnc.	v.	Syru
--------------------	------	----	------

Supra iugias aquæ fontis	lib.	iiiij.	de ca
--------------------------	------	--------	-------

Et dimittas per diem & noctem, postea coquatur ad consumptionem medietatis, deinde percoletur, & huic decoctioni addantur,	veneri
--	--------

Zuchari clarificati)		
---------------------	---	--	--

Penidiarum)	añ. vnc. viij.	
------------	---	----------------------	--

Aquæ capillorū veneris)		
------------------------	---	--	--

Misce & ad formâ syrapi decoque, ad vsusq; seruetur.

Yrupus de calametho sponte in mea scheda occursit BRA. Cum duo sint apud Mesuen de calamena to syrapi, quem in tua officina paratum seruas? SEN. Primum apud Mesuen, cuius descriptio haec est, quae subsequitur.

Recipe calamenthi domestici)	an.	vnc.	ij.
Sylvestris)			
Cherim)			
Dauci)	an.	5.	v.
Squinanti)			
Passularum enucleatarum		lib.	£.	
Mellis		lib.	ij.	
Fiat syrpus				

In hoc quoque aquarum regulam non habemus, sed ut nobis videt, aquam ponimus BRA. In hoc syrupo sex aquae librae recipiantur, quae bulliant primo passulas, deinde alia secundum praescriptum ordinem ponendo, usque ad consumptionem medietatis: denique addito melle fiat syrpus secundum artem: qui syrpus ad lienosos plurimum valebit, quibus durus est lien et penè irresolubilis, et his qui frigida viscera habent, et asthmate labores ratus, praesertim in senibus, et in habebitis antiquas tusses: si quis enim vel pectus, vel ventriculum, vel intestina crassa, tenaci, et irresolubili materia plena habeat, hoc syrupo sanatur. Vnum tantum est, quod te perturbare posset, scilicet quid sit domesticum calamentum. In examine simplicium de calametho differuimus, per domesticum vero, methoda intellige. SEN. Quam methodam BR. Nostratem vulgariter.

SENEX.

SENEX.

Syrupus de Endiuia nos vocat. BRA. In hoc syrupo Syrupus
pharmacopolæ plurimū differunt: aliquos enim Fer de enc
rariæ, & in omni ferè Italica vrbe inuenio, qui syrupū uia.
de endiuia Gentilis solum parant, & semper illum pa
rant, à quocunq; & quandoq; syrupus de endiuia in
dicetur. Alij syrupum de endiuia Nicolai paratū seruat
alijs syrupum de endiuia ex solo succo & Zucharo. Quē
habes tu paratū? SEN. Ego consuetus sum (et ita præ
ceptor meus vtebatur) syrupum de endiuia Gentilis pa
rare, cuius descriptio hæc est quæ sequitur.

Recipe succi endiuiae)
Hepaticæ) an. lib. ij.

Clarificantur prædicti succi ad ignem, ut expedit.

Rosarum)

Violarum)

Lenticulæ aquæ) an. vnc. 2.

Florū nenufaris)

Polytrici)

Capillorum veneris)

Hordei mundi)

Seminū cōmuniū maiorū frigidorū)

Fiat syrupus cum Zucharo quantum sufficit, secundū
artem, & aromatizetur, cum

Sandalis albis)

rubris)

Berberis)

Seminum cydoniorum)

Ligni aloes)

an. scrop. i.

Cinamomi)

Corticis citri)

Et usui referuetur. B R A. Mihi summè displicet quod hunc syrum habeas, aut unquam paraueris. In eo enim nullum ordinem inuenio, immò confusionem quandam, & ita syrum de hepatica appellari posse, sicuti de endiuia: quando autem apud te pro meis ægris syrum de endiuia indicebam, simplicem syrum quærebam, non tam amplam cōpositionem, in qua calida frigidis mixta sunt. Nos Gentili suum syrum dimittamus, qui eo utatur quando lubet, eo enim nunquam utemur. Aly etiam Ferrariæ sunt qui aliam descriptionem sequuntur. SEN. Quam? BRA. Subsequentem, quam faciunt, & nesciūt à quo authore sumatur.

Recipe succi endiuiae lib. lx.

Purificetur, deinde in ipso bulliant

Rosarum) añ. vnc. v.

Sandalorum citrinorum)

Spody) añ. 3. xx.

Berberis)

Asparagorum 3. x.

Zuchari lib. xx.

Aceti granatorum lib. ij. vnc. iiiij.

Misce & fiat syrus secundum artem. SEN. Dicue ex Gentile sumi. B R A. A quocunq; sumatur, mihi non placet: nam cum indico syrum de endiuia, simplicem semper intelligo. SEN. Tu specifica. B R A. Non est opus cū aliquo addito indicere: sed satis est simpliciter aut syrum de endiuia, aut de succo endiuiae prædicere: & tunc

SYRUPORVM

159

Et tunc simplex intelligendus est, cuius descriptio haec est.

Recipe succi endiuæ depurati lib. viij.

Zuchari albi

lib. v.

b.

Syrupi

de endiu

Misce et balliant ad formam syrupi, sed opus est quod simplex charum prius clarificare, et cum decoquitur, succum addere. SEN. Hic est, quem preparari vis: BRA. Hic equidem: nam si in lateralī morbo syrupum de endiuia indixero, hic conuenit, alijs non: syrupo autem de endiuia medici in initio morbi lateralī plerūq; vtuntur. Cum verò indicunt, pharmacopolæ quos habent, exhibent. Vnde si compositos habent, illos propinando dant: si simplicem, simplicem: sed hic conuenit, ille contrarius est. SEN. Quos igitur ex his parabo: BRA. Simplicem ex solo succo, et zuccharo parato: et compositum non quidem illum Gentilis, qui hepaticā recipit, sed aliū quē tu Gentili attribuisti: et cū medici syrupū de endiuia indicūt, simplicē istū exhibeto, nisi addiderint cōpositū. Cū verò indicūt syrupū de endiuia cōpositū, aliū da: sed ille luc puenimus, qđ medici qd indicet parū curat, et qd à pharmacopolis fiat: sed tātū cōpositionū nomina sciunt, ex his verò, quae ingrediuntur, nihil nouere. SENEX.

Syrupi

de endiu

cōposit

Syrupus de cichorea expurgandus accedit. BRA. Syrup Quem de cichorea paras? SEN. Illum Nicoli Flos de cicerentini, cuius descriptio haec est, ex tertio libro huius auctoris sumpta, in capite de oppilatione hepatis.

Syrup

de cici

rea N

li Flo

tini.

Recipe endiuæ domesticæ

)

Sylvestris

)

Cichoreæ

)

Taraxacon

)

an. m. y.

Cucurbitæ)		
Hepaticæ)		
Scariolæ)	añ.	m.
Fumi terre)		8.
Lupinorum)		
Hordei non excoriati)	añ.	vnc.
Alkakengi)	iiij.	
Liquiritæ)		
Capillorum veneris)		
Coterach)		
Polytrici)	añ.	5.
Adianti)		vi.
Cuscutæ)		
Radicum fœniculi)		
Apij)	añ.	vnc.
Asparagi)	ij.	

Bulliant insufficienti quantitate aquæ, & colentur,
& cum Zucharo albo solido fiat syrpus, & pro vna=
quaq; eius libra, ponantur ad coquendum. 5. iiij. rheu=
barbari electi, & scropo. iiij. spicæ ligatæ in petia rara,
quæ sœpe exprimatur, donec syrpus sit perfecte deco=
ctus. Dosis est vnc. ij. cum aqua euulsionis seminum com=
munium frigidorū. Hæc Nicolaus. B.R.A. Certe hæc pos=
tius mihi videtur confusio, quam compositio: nam coma=
positiones ordinem aliquem habent, & per componens
di regulas disponuntur; hæc autem non ita est. Ideo eam
omitterem, vel pro illis medicis pararem, qui simplicia
ignorantes, & regulas componendorum pharmacorum,
ad has recentium compositiones tanquam ad sacram
anchoram

SYRUPORVM 161

anchoram confugiunt. Nunquam videbis me tali compositione ut in hepate, quomodo cum obstructo. SEN. In aliis Italiæ urbibus syrupo de cichorea Gulielmi Placentini utuntur, quem magis probas tu? BRA. Nullum probabo: nempe et hic confusio quedam est: immo de recentibus quibusdam miror, qui premitunt syrum de cichorea Gulielmi ob hanc causam, quia plura simplicia recipit: unde tota eorum ratio est multitudo simplicium, ac si plura simplicia recipere hos syrups magis egredios faciat. Nam si hoc verum esset, possemus quatuor syrups solum parare, qui omnia complectentur: unum ex omnibus calidis, alium ex frigidis, tertium ex humidis, quartum ex omnibus siccis. Sed vanum est sine ratione multa simplicia aggregare. SEN. Nisi pigeat, syrum istum Placentini de cichorea enarra, quia à multis Italiæ populis fit. BRA. Hic est subscriptus.

Recipe foliorum cichoreæ. m. i.

Foliorum boraginis)

Lactucæ)

Violarum)

Sariolæ) a. m. p.

Linguæ bouis, id est buglossæ)

Acetosæ)

Batisosæ)

Rhabarbari 3. ii.

Herbae pistetur, et in libris tribus aquæ coquantur, donec tertia pars consumpta fuerit, et coletur et addantur in illa aqua librae duæ Zuchari, et cum dissoluta fuerit Zucharum ad ignem cum Rhabarbaro puluerizato

L

Syrupus
de cicho
rea Gul.
elmi pla
centini.

162 M V E X A M E N

et ligato in una petia, et saepe exprimatur manu petta rhabarbari, et tardiu permittatur decoqui, quod in syrapi formam transferit, tuncq; ab igne depone et reserua. Hæc Placentinus. S E N . Memini me quandoq; hunc syrupum parasse. B R A . Paraueris, et paratus sis, quando libuerit: mihi haec inordinatæ compositiones non placent, præsertim cum multa sint in illis affectibus, ad quæ valent, multa simpliciora et perfectiora. Tu igitur pro alys medicis paratos habeto, pro me autem nunquam.

Taraxa = S E N . Saltem edoceas quid per Taraxacon intelligentiam fit. B R A . In hac re tibi libenter satisfaciam. Dioſcorides de seri tractat, de qua abunde nos in examine simplicium egimus, Serapio de Dundube capi. CXLIII. scripsit, idem significante quod seris: dicitq; Taraxacon esse sylvestrem Dundube, id est serum sylvestrem: est autem apud Dioscoridem sylvestris seris picris, id est amara, quam cichoreum appellari dicit. Vnde illa herba, quam vulgo radechio syluatico nuncupamus, est seris sylvestris, et cichoreum Dioscoridis, et Serapionis taraxacon, dicant quocunq; recentes: nam in inuenienda hac herba plurimum hallucinantur. Res igitur ita se habet, Radix sylvestris amara, qua in acetarys quandoq; utiamur, est Serapionis, et Mauritanorum taraxacon, et seris sylvestris, atq; cichoreum Dioscoridis. Sed ad alias syrups transeamus, ne in his recentium amissis compositionibus tempus amittatur.

S E N E X .

Syrupus myrtinus. Ergo syrupum myrtinum hoc vocemus. B R A . Non possum non irasci, et non valde excandescere, facere

SYRVPORVM 163

cere & nostri pharmacopolæ in hoc syrupo partes. Sunt enim qui compositum quendam myrtinum parent, & qui simplicem Mesue ex succo granorum myrti faciant. Tu quem facis? SEN. Ego semper compositum feci, & ab alys fieri vidi. BRA. Edisse hunc tuum compositum, quem paras, SEN. Est hic qui subsequitur.

<i>Recipe myrtorum</i>	5.	xx.
<i>Rosarum rubearum</i>)	
<i>Sandalorum rubeorum</i>)	
<i>Alborum</i>)	an. 5. xv.
<i>Sumach</i>)	
<i>Balaustiarum</i>)	
<i>Berberis</i>)	
<i>Mespilorum</i>	3.	L.
<i>Aquæ fontium</i>	lib.	vij.
<i>Bulliant omnia ad consumptionem medietatis, postea letur, & in colatura adde,</i>		
<i>Vini granatorum</i>)	ana vnc. vi.
<i>Succi cydoniorum</i>)	
<i>Zuchari clarificati</i>	lib.	ij.

Zuchari clarificati lib. ij.
Misce & decoquas ad modū syrapi. B R A . A quo
authore hunc syrum accepistis: SEN . Est magistralis,
à quo sumatur ignoro. B R A . Tamen non displicet hic
syrupus, si omnes Ferrarienses pharmacopolæ hunc pas-
rarent: sed aliqui sunt qui huius loco, composito quo-
dam vtuntur, quem absolute syrum myrtinum ap-
pellant: cùm & ipse compositus sit, imò & si ab hoc
differat, differentia modica est, & in eundem finem ten-
dit. S E N . Ni pigeat, hunc, quem alijs faciunt abs te scire

percupio. B R A. Non piget, illum audias.

Recipe granorum myrti)	
Carnium cydoniorum)	
Sumach)	añ. vnc. i.
Acatiæ)	
Rosarum)	
Spody.)	añ. vnc. ii.
Hypoquistidos)	
Masticis		5. p.

Bulliant hæc omnia in libris tribus aquæ ad cōsumptionē tertiae partis: deinde colētur, & colaturæ addantur Zuchari clarificati libræ tres, & fiat syrups. S E N. Eadē est in hoc, & in eo quæ facio, int̄ētior: sed mea cōpositio mihi magis placet. B R A. Nec mibi displicet, propterea loco syrapi myrtini cōpositi, tuū parato. Qui vero & hunc faciunt, perperā non agunt: nam & hic est magis constrictius quām tuus. Velle me vt simplicē myrtinum qui hoc perfectior est, haberet, & quem Mefue parandum docet. S E N. Fieri non potest: nēpe myrtilarū succo caremus. B R A. Hūc succū haberi facilius est, quām Rhabarbarum, aut aliquod aliud ex his quæ extra Italiā petūtur: imò in propinquissima parte huīus nostræ almæ Ferrariæ, & myrtus, & myrti fructus haberi possunt. Ne igitur hanc excusationē habeas, sed illū parato, vt Mefue syrupū de acetositate citri parare doceuit. S E N. Quomodo: B R A. En succi myrtlorum lib. XII. decoque in vase vitreato lento igne ad cōsumptionem tertiae partis: deinde coletur, & dimitatur, do nec clarificetur, & accipe ex eo quod clarū est lib. VII. C

¶ funde super illud zuchari clarificati lib. v. ¶ decoctus
quatur donec inspissetur ad formam syrupi: vel si cestas
fuerit in sole ponantur donec eius aquosa pars euane-
scat. Hic vere est simplex & perfectus myrtinus syru-
pus, quæ & Serapio describitur quānis duas alias descri-
ptiones, præter hanc edocuerit, qui ad vētris fluxus tā re-
cetes quam antiquos plurimū valēt: & in affectibus pe-
ctoris cōuenit ubi cōtra pugnātia fuerit, quia adsit fras-
atura venæ in pectore, & etiā exitu materiæ putridæ in
ventriculo & in pectore existēt indigeat: tūc hic syru-
pus myrtinus simplex plurimū valet, aly verò compositi
nihil: imò ad antiquā tussim cōuenit: compositi verò ad
fluxus ventris magis proficiunt, quam hic simplex: ven-
triculū roborat & omnia intrinseca viscera. Hunc igitur
omnino parabis, & potius compositos omittas. Tamen
si compositos habere volueris præter simplicē, ab re non
erit. SE N. In hoc tibi obtemperabo, nam continuè in
mea officina & simplex & compositus seruabuntur, &
nisi medicus, cum indixerit specificabit, simplicē exhibebo:
si vero compositum addiderit, compositum dabis
mus. Hunc syrupū antiquū appellasti, reperitur ne apud
Græcos: BRA. Imò apud Paulū Eginetam lib. VII.
capi. XV. reperitur, & Myrtetum appellat, sed ipse ex Myrtetu-
melle facit, quia zucharum nesciebat: sed ipsa composi-
to parū differt. SEN. Ne pigeat Pauli compositionē
subscribere. BRA. Nō pigebit. Inquit Paulus: Myrte-
tum, hoc est ex myrtis cōpositionē facies, si succi myrto-
rum sextarios treis, mellis sextariorū vnum semper de-
spumando ad consumptionem tertiacē partis decoxeris.

SEN. Parua differentia est. Sed plurimū gaudeo, antī
quos hoc syrupo v̄sos esse, & myrtetum appellasse.

BRA. Potissime in alio fluente vrebantur. SEN. Igī
tur & hunc deinceps paratum habebo, & doleo, quod
in nostra hac vrbe aliqui pararint, ego autem omiserim.

BRA. Satis est nunc vices rependere. SENEX.

'rupus
matri-
ria.

Hoc igitur omisso syrupus de matricaria accedat.
BRA. Nullum authorem fide dignum legi, qui
hunc syrupum tractaret, sed compositiones quasdā in-
ueni, & illas quidem varias, quae de matricaria compos-
sitiones vocabantur. Nec nostrī pharmacopolæ uno sy-
rupo vtuntur, sed quisq; ferè compositionem ab alio dis-
uersam habet. Ut autem à te incipiam, quam composi-
tionem sequeris: vt alijs comparando differentiam vi-
deamus. SEN. Hæc est, quam subscribam.

Recipe matricariae)		
Betonicæ)		
Mellistæ)		
Radicum apij)	ana	vnc. i.
Acori)		
Petroselinii)		
Fœniculi)		
Assari)		
Rubeæ tinctorum)		
Cyperi)	ana	vnc. f.
Calamenthi)		
Sileris montani)		
Passularum)	ana.	vnc. i.
Anisorum)		

Garyophyl

SYRUPORVM

167

Gargophyllorum)
Spinae albæ) ana vnc. 6.

Bulliant in sufficienti quantitate aquæ ad consumptiōnem medietatis: postea coletur, & colatur & addantur zuchari libræ tres, & fiat syrups secundum artem.
BRA. Cur spinam albam ponis, quæ constrictiua est?
SEN. Nescio, sed in mea cōpositione ita scriptū reperi.
BRA. Melius parāt, qui loco spinæ albæ calamū aroomaticū legūt, nisi pro spina alba cardū benedictū accesserint. **SEN.** Illū semp accipio. **BRA.** Alij pharmacopolæ cōpositiones alias sequuntur. **SEN.** Quas? Abs te audire cupio. **BRA.** prædicā libēter, & eo libētius, ut pharmacopolarū ynius tātū vrbis diuersitatē videoas, quā tamē diuersitatē in omni ferè Italiæ vrbe inuenies. Sunt enim pharmacopolæ, qui subsequentē cōpositionem sequuntur, & ea insuis officinis paratā seruat: & semper cum syrups de matricaria indicitur, hanc exhibet.

Recipe artemisię m. 4.

C alamenthī)	
F olij)	
S aturegiæ)	
O rigani)	ana m. 1.
T hymi)	
T hamarisci)	
S tœchadas)	
C hamomillæ)	
M eliloti)	
S ampsuci)	ana vnc. 1.
A nthos)	

<i>Blattæ bizantiæ</i>)	<i>añ.</i>	<i>3.</i>	<i>ij.</i>
<i>Calami aromatici</i>)			
<i>Spicæ celticæ</i>			<i>3.</i>	<i>i.</i>
<i>Chamædryos</i>)			
<i>Matricariæ minoris</i>)			
<i>Betonicæ</i>)	<i>añ.</i>	<i>m.</i>	<i>g.</i>
<i>Abrotani</i>)			
<i>Acori</i>)			
<i>Prassit</i>)			
<i>Foliorum rubeæ maioris</i>)	<i>añ.</i>	<i>vnc.</i>	<i>i.</i>
<i>Sileris montani</i>)			
<i>Assari</i>)			
<i>Squinanti</i>)	<i>añ.</i>	<i>3.</i>	<i>vi.</i>
<i>Anisi</i>)			
<i>Marathri</i>)			
<i>Ameos</i>)	<i>añ.</i>	<i>3.</i>	<i>vi.</i>
<i>Apij</i>)			

Bulliant in sufficienti quantitate aquæ secundum artem: postea addunt mellis quantum sufficit, & syrum faciunt. SEN. Et ego hunc syrum in mea officina seruo, sed est syrus de Artemisia, non autem de Matricaria. BRA. Quid putas esse Matricariæ? SEN. Herbam ab Artemisia distinctam. BRA. Deciperis, nam Matricaria Artemisiæ species est, ut in examine simplicium habuisti. Tua autem compositio, quam de Matricaria vocas, mihi suspecta est, cum ob simplicia, quæ sine regula ingrediuntur, tum quia pondera in diuersis simplicibus sub diuersis ana positis eadem sunt. Primorum enim simplicium vniciam unam ponis. Secundorum

eundorum vnciam semis, Tertiorum vnciam vnam,
Quartorum vnciam semis: quod mihi compositionem su-
spectam facit, ne in ipsa error sit. SENEX. In illa etiam
compositione, quam ego de Artemisia appellaui, posui
stil assari, squinanti ana. 3. vi. deinde anisi, marathri,
ameos, apy ana 3. vi. BRASAVO. Omnia illa conti-
nuatim legenda sunt, tamen per hoc compositionem non
excuso, quia ponit chamomillæ, meliloti, sampuci, an-
thos, ana vnc. i. deinde acori, prassii, foliorum rubeæ, sis-
leris montani ana vnc. i. In quibus locis legendum est
ana 3. i. quia vncia nimia quantitas esset. Sed & spicam
celticam per se ponit, quæ tamen vna solum drachma
est. SEN. Igitur & hanc compositionem suspectam ha-
bes? BRA. Habeo. nihil enim aliud est, quam multorum
simplicium aperientium sine ordine collectio. S E N. Illi
igitur qui hunc syrum pro syrupo de matricaria fa-
ciunt, si à medico syrups de matricaria indicetur, hunc
exhibit? Et si ille de artemisia indicetur, etiam eundem
exhibit? BRA. Ita faciunt. SEN. Ego utrosq; distin-
ctos seruo. BRA. Tamen ad eundem finem valent, &
nisi confusiones potius quam compositiones essent, non
multum curarem, quando tibi indico, utrum horum acci-
peres. S E N. Sunt' ne alij, qui syrups alios de matrica-
ria faciant? BRA. Non' ne superius dixi alias cōpositio-
nes esse apud alios? Seruant & Ferrariæ aliam composi-
tionem nonnulli. S E N. Quam? BRA. Est longissima
quædam & confusa receptio, quam offerre piget. SEN.
In gratiam meam adducito. BRA. Faciam, postquam
adeò tibi gratum esse video. Ea hæc est.

<i>Recipe Artemisiæ</i>)	
<i>Capillorum veneris</i>)	
<i>Sabinæ</i>)	
<i>Camædryos</i>)	
<i>Camæphytos</i>)	
<i>Origani</i>)	
<i>Ozimi</i>)	
<i>Sampsuci</i>)	
<i>Calamenthi</i>)	
<i>Scolopendriæ</i>)	an. Mo. i.
<i>Betonicæ</i>)	
<i>Scabiosæ</i>)	
<i>Hypericon</i>)	
<i>Cyperi</i>)	
<i>Squinanti</i>)	
<i>Lupuli</i>)	
<i>Polypody</i>)	
<i>Gentianæ</i>)	
<i>Rubeæ tinctorum</i>)	
<i>Spicæ</i>)	
<i>Affari</i>)	
<i>Thymi</i>)	
<i>Epithymi</i>)	an. vnc. i.
<i>Chamomillæ</i>)	
<i>Rosarum</i>)	
<i>Violarum</i>)	
<i>Sandalorum rubeorum</i>)	
<i>Seminū cōmuniū frigidorū maiorū</i>)	an. vnc. f.
<i>Seminis Apij</i>)	

Fœniculi

Fœniculi)
Petroselini)
Ameos)
Carui)
Iuniperi)
Mily solis)
Seminum Rutæ)

ann. 3. ȝ.

Hæc omnia bulliant in sufficienti quantitate aquæ ad consumptionem medietatis, sed prius in ea infusa hæc per decem horas maneant cinamomi. 3. i. 6. serapini, ammoniaci ana. 3. & dicta gummi ligentur in petia, & simul bulliant ad consumptionem medietatis: deinde coalentur & colatur & addantur mellis purificati lib. vi. & fiat syrus, debito modo coquendo. SEN. Hic syrus adhuc magis confusus videtur, quam præscripti.

B R A. Confusissimus est, et simul calida frigidis miscet sine aliquo componendi ordine. SEN. Igitur parandus non est. BRA. Non modo non pararem, sed omnibus suaderem ut paratum non haberent: imò nec duos prædictos pararem. SEN. Ego parabo, quoad collegium medicorum congregatione facta composita omnia emendabunt. B R A. Hoc non ab re erit: nempe opus est omnibus Ferrariensibus medicis in concionem vocatis quasdam pharmacopolarum compositiones corrigere, alias immutare, alias penitus demere, & in eo potissimum conari, ne unus pharmacopola compositionem unam habeat, alter aliam: sed compositiones eadem esse debent, ne medici rerum ignari indicentes decipiatur. Hoc igitur de matricaria omisso syrupo, ad alios

utiliores accedamus: nihil enim incomponendi ordine tractabo, quoniam syrups est qui absq; compositionem regulis paratur.

SENEX.

*syrupus
yrachis
us.*

DE Myrachino igitur dicamus. BRASA. Nomen ipsum rem barbaram esse ostendit, & compositionum regulis abhorret, que (si recte memini) ex Gentile accipitur. Melius autem erit eam proposnere, ut error cognoscatur: nam simpliciū pondus apud varios Gentilis codices, varium inuenitur. Compositionē igitur ediscas. SEN. Hæc est.

<i>Recipe polypody quercini</i>	3.	xx.
<i>Buglossæ</i>)	
<i>Melissæ</i>)	āñ. vnc. i.
<i>Cyperi</i>)	
<i>Corticum radicum caparorū</i>)	
<i>Acori</i>)	āñ. vnc. i.
<i>Assari</i>)	
<i>Senæ</i>)	
<i>Epythimi</i>)	āñ. vnc. ij.
<i>Semina endiviæ</i>)	
<i>Lactucæ</i>)	āñ. vnc. iiij.
<i>Scariolæ</i>)	

Pistentur omnia grossō modo, præter senam, & epis thymum, omnia alia bulliat in lib. quatuor aquæ vsq; ad consumptionem medietatis. In fine decoctionis adde senam & epithymum, & remoueatur ab igne: & dimitas in frigidari: postea manibus exprimatur, & coletur, & addantur mellis rosati cum folijs libræ due, & fiat syrus pus

pus secundum artem. BRA. Miror quod hic folia possuntur, nam bene potabilis non erit. SEN. Non accipimus folia, sed mel rosatum ex folijs factum percolamus. BRA. Ob hoc te admonui, aliquos esse, qui, cum dicitur mel rosatum colatum, semper mel rosatum cū folijs intelligunt, sed postea expressum. Nunc ad syrupū ipsum descendamus. Aliquæ compositiones sunt, quæ habent polypodiij vnc. vi. sed illas magis laudo, quæ habent polypodiij. 3. xx. In aliquibus etiam compositionibus ubi dicitur buglossæ & melissæ ana vnc. i. habetur ana. m. i. quod etiam magis quadrat: nā simplicia quæ sequuntur, etiam sub una vncia ponderantur. Mihi autem magis placet una cōpositio, quæ dicit, buglossæ, melissæ ana vnc. i. postea cyperi, corticum radicum caparorum, acori, assari ana vnc. f. SEN. Illi recte fecerunt qui compositiones carmine tradiderunt, tunc enim pondera variari nō possunt. BRASA VOLVS. Ideo Galenus Andromachum laudauit, qui Theriacam compositionem carmine scripsit. Vnum tamen in hoc syrupo te edocere volo: quamvis dicat omnia simul bulliri, præter epithymum, & senam, scito tamen alia esse in hac compositione, quæ tantam ebullitionem non expetant: propterea in de coquendo ordinem serua, quem superius in alijs syrups ostendimus. Tamen ultimo pone senam & epithymum. Primo autem radices, postea semina, deinde flores injcito. SEN. Semper illum ordinem seruabo, modo simplicia prius infundere non sit opus.

BRASA VOLVS. Videmur in hoc recenti syrupo nimis immorari.

yrupus
enufari=us com=
iositus.

Syrum igitur nenufarinum contempleremus. B R A. Et hic quoque syrum recentiorum est, quippe a Frâncisco Pedemontano fit: quippe illum in capitulo de cura malæ complexionis hepatis simplicis & compositæ in hunc modum, qui subsequitur, describit.

Recipe florum nenufaris	vnc.	ij.
Vngulæ caballinæ aquatice)	
Psylli integræ)	añ. vnc. i.
Acetosæ)	
Seminum communium	5.	ij.
Seminum frigidorum	vnc.	ii.
Radicum fœniculi	vnc.	i.
Bulliant in aqua hordei, & addantur		
Zuchari	lib.	i.
Aceti albi)	
Succi granatorum)	añ. vnc. ij.
Et aromatizetur cum		
Sandalorum)	
Spody)	añ. 5. i.
Et addatur parum spicæ, ne frigiditate oppilationem		
inducat. S E N. Hunc nenufarinum syrum nunquam		
paraui, sed alium simplicissimum facio. B R A. Quemque		
SEN. Libras duas florum nenufaris una decoctione dea-		
coquo: postea exprimo, & in expressione addo Zuchari		
libras duas, & decoquo ad cocturam syripi. B R A.		
Hic magis placet: quia semper simpliciores syrups fieri		
voluerim: quippe facile est duos, aut tres simul iungere,		
& intentiones immutare: nullus est certus author, qui hos		
syrups		

Syrupos inuenierit. SEN. Propterea nos, magistralis ap= pellamus. B R A. Utrosq; parare poteris pro his medis cis qui composito vti volunt, tamen apud nos eius usus rarus est.

SENEX.

Miuua cydoniorum in hunc ordinem posita est. Miua cydoniorū.
BRA. Et ipsam inter syrupos numerasti? SEN. Numeroznam addita aqua, ut syrupus, potabilis fit: & non modo eius usus est ad roborandum ventriculum, he par, & omnia viscera, & ad vomitum sistendum, & fluxi ventris aduersatur, imò etiam concoquit materias, et præparat vias: & Avicenna hanc cōpositionem syrupum de cotoneis appellat, quāuis Mesue syrupū de cotoneis primo prosequatur, deinceps de miua sermonem habeat. Tamen communis est per totam Italiā usus, vt ea pro syrupo de cotoneis vtantur: & re vera mira compositio est ad roboranda membra. Et nisi Gulielmi autoritatē refugeres, tibi dicerē eum authorem nō appellare miuā, sed syrupum de cotoneis. Præterea tibi Almāforis nonū librum adducerem in libro diuisionum, in cap. de media cinis solutiis ventris, ubi inquit: Cōfēctio miuæ constrūctiū, quæ est syrupus de cotoneis. B R A. Videris ex pharmacopola factus dialecticus, ubi probare miuam syrupum esse conaris, vel bibi, ut syrupi bibūtur. Hoc atque non inficior, sed id tantū me mouebat, quod hoc vocabulum miua apud Mauritanos succum fructuum significat adeò coctum, ut in formam sapæ, vel mellis deuenirit. In reliquis tecum sum, miuam esse potabilem, esse concoquentem malos succos, imò syrupum verè esse, quia ex succo fit. Sed ne pigeat compositionem quam

facis, aperire, & componendi modum. SEN. Mesuen
penitus sequor, propterea in hunc modum paro.

Recipe succi cydoniorum aceto sorum lib. xx.

Vini boni antiqui. lib. x.

Misceo, & cum facilitate coquo, donec eius tertia
pars consumpta sit, & continuè spumam aufero: deinde
percolo, & residere permitto donec clarescat: postea
addo lib. sex boni mellis depurati: iterumq; bullio spu-
mam semper auferens, & Alefanginas species in lineo
panno vinclis habeo, quas in prædictum liquorem sus-
pendo, saepe stringens atq; modice fricans, ut specierum
vis facile exire possit, & miuam transire. Cum in spissio
rem formâ redacta est, & iam facta sit miua, ipsam aro-
matizo, tertiam partem drachmæ musci addens, & duas

Alefangi s. galliæ. B R A. Quæ sunt istæ alefanginæ species:
species. SEN. Hæ, quas hic subscribam.

Recipe cinamomi) ann. 5. ij.
Heil)

Garyophyllorum 5. ij.

Zinziberis) ann. 5. i. 6.
Mastichis)

Croci 5. ij.

Ligni aloes) ann. 5. i. 6.
Macis)

Omnia præter crocum terantur contritione crassa, et
in lineum pannum colligentur. B R A. Tot res ponis in
tua miua: SEN. Tot. B R A. Nunquam ea utar in pro-
fluvio alii à calida materia dependente. Illi autem phar-
macopolæ mihi magis placent, qui simplicissimâ parant,
ex

ex cydoniorum succo, vino, & melle, vel zucharo: quia
multi ex zucharo faciunt, et non ex melle, quoniam antiqui
Græci miuam ex melle conficerent, quia zucharum
ignorabant. SEN. Antiquiores igitur miuam nouerunt.
B R A. Nouere quidem, & ab ipsis Mauritani acceperunt sed alio nomine eam vocant, & alia proportione con-
ficiunt. Nempe Paulus lib. VII. capi. XV. hydromatum Hydro-
lum fieri docet in hunc ferè modum.

malum.

Accipe succi malorum cydoniorum mundorum	
contusorum	sextarios duos.
Mellis	sextarios tres.
Aquæ	sextarios sex.

Coquito despumans usque ad tertias. Vides Paulum
vini loco, quod Mesue ponit, aquam posuisse. Alio etiā
modo parabant (ut Paulus refert,) nempe accipiebant
malorum cydoniorum concisorum purorum lib. V. in
aque fontis sextarijs decem elixabant, donec omnia es-
sent unum corpus: postea refrigerabant, & colabant
expresso autem cremore, mala projiciebant, & aquam
metientes, mellis quantitatem dimidiā aquæ admisceb-
ant, & rursus coquebant, assidue despumando, donec
octaua pars euanescat decoquendo. SEN. Tibi forte
placeret ut in hunc modum pararem: B R A. Et mihi
placeret, & aliis multis bonis viris, ut miuam his simili-
plicioribus modis conficeres. Si autem pro aliis compos-
sitam illam, quæ magis calida, quam temperata est, pa-
rare volueris, facito: nam ubi possum antiquos imitari,
semper imitor. SEN. Quid significat id vocabulum
Alefagine? B R A. Vocabulum est Mauritanum, &

Alefangi etiam corruptum, quo ipsi pulueres odoratos intelligunt, ne quid si quibus cibaria coadiuntur: ut sunt apud nos species ex pere, cinamomo, garyophyllis, girgibere, atque similibus. Tamen ad pulures etiam usurpant, qui vel actu vel virtute compositiones ingrediuntur. Hic paluis, quem Mesue in miuam ponit, certe odoratus valde est, et maxime tribuit, ut possit tanquam intinctus comedи. SEN.

Evidem verum est, nam re vera est optimus intinctus. BRA. Ego quandoq; miuam exhibeo his qui habent ventriculum debiliorem cum carnibus, sicut atij solent intinctus vti, quos Sapores vocant, nec respuant ægri, et illis plurimum prodest. Sunt' ne hi pulures predicti, illi qui Alefanginas pilulas ingrediuntur? SEN. Sunt pro parte, sed multa alia aromata, et ventriculum roboretia pilulas ingrediuntur, ut videre licebit, cum de pilulis agemus. Libenter autem scirem quid sit Heil: nam recentes inquiunt esse speciem cardamomi quam non habemus, cuius loco cardamomum maius accipimus. BRA.

Imò heil cardamomum maius verè est, si Serapionem capite. L X I I I I . de simplicium facultatibus considerabis, ubi inquit: Sacolla, id est cardamomum, et cardamomum maius est heil, est autem apud Arabes verum cardamomum maius, id quod pharmacopolæ minus appellant, quia est granum magnum plura parua grana continens. Propterea bene dicit Serapio secundum I saach hebeam Abraham, quod habet cortices et capita sicut tirosa, et sunt grana magna sicut nabach, aut parum maiora, et intra ipsum sunt granula parua argulosa boni odoris, pinguis fuluerulenta. SEN. Certe hæc

grana

grana angulosa nostrum cardamomum minus sunt.
B R A. Sunt (vt dicitis) tamen est cardamomum maius
Serapionis, quia ipse denominat à grano magno, in quo
alia grana continentur. Scito autem aliquos pharmacos
polas secundum Mesuen, miuam parare, quam ipse simo
plicem appellat, & non primam, sine speciebus, cuius
compositio recipit succi cydonierum lib. centum, & po-
nitur in vas lapideum mundum, & cum facilitate bul-
liunt, semper spumam auferendo, vsq; ad consumptio-
nem medietatis, deinde colant, & per tres horas reside-
re dimitunt: postea addunt vini antiqui lib. L X, postea
supra prunas coquunt, quo usq; syrapi spissitudinem
habeat addenda autem est conueniens quantitas mellis:
nonnulli ex nostris pharmacopolis hanc miuam ex Zua-
charo, non autem ex melle faciunt: aly ex melle: aly præ-
scriptam pro simplici faciunt, & non addunt pulueres,
& ex zucharo faciunt, aly ex melle, aly faciunt (vt tu)
cum speciebus: vt in hac compositione tanta diuersitas
sit, vt nullus ferè eodem modo paret: tamen Medici nec
sciunt, nec animaduertunt, vel animaduertere curant.
Vnum vero hoc loco annotabis, quod dicit has Alefan-
ginas species esse triturandas grosso modo, ob eam ratio-
nem, quia cum in syrupo vires specierum aromaticarum
ponuntur, non ita facile resoluuntur. Hoc documentum
& hic accipio, & ex compositione melicrati, vt si confe-
ctiones aromatizari debent, pulueres necessario subtili-
simi sint, propterea in Alefanginis pilulis pulueres sub-
tilissimos faciet. Fiut autē à Serapione nonnulli syrapi de
cydonys, & ab Aulicenna, qui ab his multum differunt,

ideo omittantur: suaderemq; vt Pauli Reginetæ compositionem sequeremur: quam pro ægris meis para pro ilz lis autem medicis, qui barbaros sequi volunt, ne dicam mendicis, tuam miuam para. SEN. Ego illam Pauli pro omnibus parabo: nullus enim ex his innenitur qui compositiones scire voluerint, sed tantum compositionum nomina addiscunt, indicuntq; quid indicent ignorantes. Ne autem in hac miua diu immoremur, ad alios syrups flectamus.

SENEX.

Oxymel
simplex.

OXymel simplex et cōpositum sequūtur. BRA. Apud vos multa esse puto, sub hac voce oxy, quæ acerum recipiunt. SEN. Multa quidem sunt, quæ in nostra arte acerum recipiunt, sed tantum quatuor sunt, quæ ab ὄξῳ voce Græca, id est aceto, denominationem sumunt, et ab ea incipiunt. BRA. Hæc enumera, ni pi geat. SEN. Oxymel simplex, oxymel cōpositum, oxyzachara, oxymel squilliticū. BRA. Ab oxymelle simplici incipere oportet: nam potus antiquissimus est, quo Hippocrates et Galenus utebantur, pro expurgando splene, et hepate, vt Galenus testatur, pro incidenis materiebus crassis, et glutinosis, et quæ multum inhærent: nempe subtiliat, aperit, incidit, abstergit, et in ægritudinibus longioribus plurimum valet: ejiq; antiquus syrpus. SEN. Hi syrapi mihi summè placent, qui aliquid antiquitatis sapiunt: nam facile est illos emendare, si error inciderit, cum Græci authores nunc passim habeātur. BRA S A V O L V S. Hippocrates lib. III, de ratione victus in morbis acutis, egregie de oxymelle

oxymelle pertractat, inquiens in illis morbis scilicet acutis potissime utilem esse: nam sputum educit, & spiritum faciliorem reddit. Notatq; Hippocrates & valde acidum, & non valde acidum fieri posse. Si valde acidum sit, adstringit sputa, & viscosiora reddit, & submergit: ideo hoc exhiberi non laudat: si autem exhibueris, tepidum sit, & paulatim tribuas. Si vero adeò acidum non fuerit, os & fauces humectat, sputum euocat, sicut com pescit, præcordijs & visceribus, cæterisq; id genus partibus amicum est: quia mellis noxas prohibet: nam quod in melle biliosum est, reprimit, & flatus discutit, & vris nāciet. Post hæc ab Hippocrate eius noxae ponuntur. Notaq; hoc in loco Hippocratem, oxymeli ante sorbitiones, iejuno, & noctu potandum dare, quæ communis est hora sumendi syrups. Tamen & post sorbitiones propinat, sed longo spatio, vt sorbitio iam cocta sit.

SEN. Quid intelligis per sorbitionem apud Hippocratem? BRA. Nihil aliud quam cibum, quem in morbo acuto dabat, qui erat vel ptisana, vel tremor, vel aliiquid simile, quod per modum potus sumebatur: quāvis Galenus ipse tempus assignet, velitq; inter potum oxy mellis, & sorbitionem duas horas interponi satis esse. Sed & multa alia ab Hippocrate notantur, inter quæ hoc præsertim animaduersione dignum est, quandoq; in toto morbo nos uti oxymeli opus esse, ideo inquit, tunc cum paucō aceto parandum esse, quia cū multo ace to plures offendentes facere potest. Quanta autem acetati quantitas esse debeat, ab Hippocrate regula habetur, Tantum acetum recipere debet, ut gustanti duntaxat sen-

sum moueat. Vnum etiam addam ex Hippocrate, eodem
 loco, his scilicet magis conferre, quibus amara bilis po-
 tius quam atra exuperat, quia acetum atram bilem parit.
 Notatq; oxymeli mulieribus potius quam viris obesse.
 Rationem reddit, quia uterum dolore cruciat. SEN.
 Reperitur ne apud Græcos modus conficiendi hunc sy-
 rupum? BRA. Imò reperitur: sed tu in primis quem
 modum sequaris edoceas. SEN. Nos Mesuen sequi-
 mur, qui in hunc modum componit: appellat autem Seca-
 niabim, vel Stangebim secundum alios, vel Squingebim,
 sed decipiuntur. BRA. Quicquid sit de illis barbaris
 nominibus non curemus: sat est illa nomina apud Maue-
 ritanos syrum acetosum significare. SEN. Mesue
 accipit mellis boni partes duas, aceti boni partem unam,
 aquæ fontium clare & dulcis partes quatuor. Primo au-
 tem aquam & mel accipimus, & purificamus semper
 expumando: postea acetum super additur, & ita ebula-
 liendo expumamus, & hoc oxymel simplex nuncupar-
 tur. BRA. ASA VOLVS. Et etiam ab aliquibus
 Græcis oxymeli simplex dicitur: quamvis ab soluto vo-
 cabulo, cum oxymeli dicunt, hunc intelligent ad diffe-
 rentiam oxymellis Scyllitici & Iuliani: Latini appellant
 acetum mulsum. Paulus capite. XI. libro. VII. de hoc
 oxymeli tractat, cui cognomentum est simplex. Compo-
 sitionem facit ex acerrimi aceti candidi xesta una, aquæ
 xestis duabus, mellis xesta una: haec simul decoquit, sem-
 per despumando ad crassitudinem mellis. Inter hos dif-
 ferentia est, quia Paulus magis aceti ponit, quam Mes-
 sue, sunt enim apud Paulum æquales partes mellis &
 aceti,

aceti, & duplum aquæ, sed Mesue duplum aquæ ad mel ponit, & aceti minus quam mellis. S E N . Quomodo deinceps parobo? B R A S A . Ego Paulum imitandum suaderem. Ta n'en Dioscorides libro. I I I L. alio modo conficit: nempe recipit aceti sextarios quinqu, marini salis polo vnu non, mellis pondo decem, aquæ heminas totidem. Mixtaque; simul omnia coquito, usque dum decies inferbuerit: tu non refrigerata omnia in dolia diffundito. Sed hanc met compositionem Plin. lib. X I I I L. capite X V I I . scribit, sed ipse genus aquæ ponit. Quod enim Dioscorides generali vocabulo dicit, aquæ heminas decem, Plinius dicit aquæ pluuiæ. In reliquis parua difference est. Hæc sunt Pliny verba loco præcitato ne desideres. OxyNELi hoc vocarunt, mellis decem libris, Aceti veteris heminis quinque, Salis marini libra, aquæ pluuiæ sextarijs quinque suffruefactis decies, mox elutriatis, atque ita inueteratis, sed & hoc, & hydromeli à Themisone summo authore damnabantur. S E N E X . Tu ergo ne arguas Recentiores, nec de ipsis mireris, si diuerjas compositiones sequuntur cum & antiqui ipsi (vt in hac videre licet) in eadem re varias compositiones haberent. BRASAVOLVS . Imò & Plinius aliud modum oxymelitis edocet capite secundo libri . X X I I I . ex sententia Dieuchis, verba eius hæc sunt: Oxymel antiqui (vt Dieuches traxit) hoc modo temperabant, mellis minas decem, ace*t*i veteris heminas quinque, salis marini pondo, thymbræ quadrantem, aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant decies deferuente cortina, atque ita

Oxymel
Dieuchis

diffundebant, inueterabantq;. Sustulit totum id Asclepiades, coarguitq;: nam etiam in febribus dabant: profuisse tamen fatentur contra serpentes, quos Sepas vocant, & contra meconium, ac viscum, & anginas calidum gargarizatum, & auribus, & oris, gutturisq; desiderys. Hactenus Plinius. SEN. Quem ergo, in tanta varietate sequi oportet? BRA. Certum est apud antiquos de eadem re compositiones varias fuisse, sed una pro maiori parte sequebantur. SEN. Eia quam compositionem parabo? BRA. In hac re quid sentiam auides. Antiqui oxymeli vario modo composuere, cum pauciori melle, cum pluri, cum acriori, cum minus acri: ut egritudo, quam curabant, exigebat. Quod ex Hippocrate præcitat loco manifestissime colligitur, & ex Galeno. lib. de sanitate tuenda, & ex ipso Mesue, qui inquit, quandoq; augendam aceti dosim, & ex Serapione, & Auicenna, imò & ex tota Arabum schola, à Græcis authoribus accipiente. SEN. Erit ergo incerta componendi regula. BRA. Imò certissima, qua gussum sequebantur. Propterea Galenum audias loco præcitato de oxymeli dicentem: Id ita præparari debebit, Cum melli optimo super carbones spumam abstuleris, conyicies in ipsum acetum tantum, vnde gustanti nec acidum nimis, nec dulce videbitur. Ac denuò super prunas coques, quo ad planè vnitè amborum qualitates sint, nec appareat gustanti acetum adhuc crudum, hinc ab igni depones. Cumq; vti voles, aquam ei miscebis, ita nimirum temperans, vt vinum. Ergo qui bibet, si nec de acore eius queritur, nec dulcedine, assidue eo vitatur: si alterutro

terutro offenditur, adiecto quod desideratur, rursus id coques. Neq; enim eos probo, qui sub vna quapiam mensura id cōficiunt, qui mihi similiter ys affecti vidētur, q; bibentes omnes similiter aquam vino miscere censem: nō aduententes, quibusdam vtiq; qui dilutiori insueuerunt, caput statim si vel pusillo meracius hauserint, tentari: quibusdam qui meraciore delestantur, stomachum, si dilutius biberint, subuerti. Cum igitur in vino tam familia ri potionē ista incident, mūltō sānē magis in oxymelite, vt pote quām vinum tum minus familiarī, tum magis forti, ipsa sequi par est. Satius ergo sit ex sumentis gustu, non nostra, iudicium de modo facere: id esse sumentis natūræ conuenientissimum oxymeli ratos, quod vtiq; est iucundissimum, proindeq; etiam utile: contrā aduersissimum esse, quod iniucundum. Galenus hactenus. Ex quibus percipere potes, ex gustu etiam alieno oxymel parare. SEN. Ergo nullam certam oxymelitis compositionem habebimus, quam seruare possimus? BRA. Idem Galenus (prædicti: verbis nō obstantibus) quasdam compositiones docet, quæ pluribus conueniunt, sed hœ sunt pri mæ mixtiones, quia deinde secundum varios gustus immutare oportet. Ideo inquit: Ipsam tamen primam ipso rum mixtionem, quò plurimis conueniat, talem esse oportet: Vni aceti parti, mellis, à quo detracta sit spuma, duz plum est miscendum: deinde ambo in leni igni coquenda, donec eorum qualitates in vnu coierint: ita enim nec acetum amplius crudum apparebit. Cum aqua vero statim ita facies oxymeli: Melli quadruplum optimæ aquæ mi scabis: dein coques modico igni, quoad spumare desir

nat. At malum quidem mel multam egerit spumam: quo etiam diutius coqui debet. Optimū vero ut breuissimo tempore coquitur, ita minimū spumæ euomit: vnde nec pari ei coctione est opus: plurimū certè quartam partem eius quod ab initio est inditum, amittit: post vero dimisio aceti adiecto, rursus coquendu n, donec qualitatum omnino fitynitas, nec acetum crudum etiā appareat. Post hæc aliam compositionem ponit Galenus, inquiens: Confititur sanè oxy neli etiam tribus statim ab initio mixtis, ad hūc modum: Aceti vni parti additur mellis duplum, & aquæ quadruplum: atq; hæc ad tertiam partem coquunt, vel etiā quartā, spuma interim detracti. Quod si valentius id facere studes, tantūdem incies aceti, quātum mellis.. S E N. Hic est modus, quem Mesue docuit. B R A. Certe is est, & etiam ille Pauli: nā si mel, & acetum æquilia sint, est modus Pauli: si autē acetum sit minus, est modus Galeni, & Mesue. S E N. Igitur hūc Mesue modū parabimus: B R A. Hūc Mesue confito, quia est Galeni modus. Sed bonus medicus addere acetum, quando opus est, debet. At quia multi sunt, qui aquā & mel accipiunt, & vsq; ad cōsumptionem ferè aquæ semper expumando ebullire faciunt, antequam ponant acetum: propterea magis laudo, vt in primis, secundum Galeni normam, mel despumetur: Postea aqua addatur, & bulliant semper despumando, quo usq; sint due lib. aquæ consumptæ, vel aliquid magis: postea addito aceto iterū bulliant, nō, vt dicit Gale ad tertiam partem, vel ad quartam: sed quo usq; syrapi formā habuerit, vt seruiri possit. S E N. Non vis ergo ut antiquos penitus sequimur?

B R A.

BRA. Vbi melius inuentum sit, semper melius sequor.
 Vides autem antiquos in hac re inuicem esse diuersos: sed
 melior forma, et ad conseruandum aptior, et quae plus
 ribus prospicit, haec est, quam Galenus edocuit, et quam
 Mesue, Serapio, et Auicenna secuti sunt: nec etiam illa
 Pauli parum congruit. Modus autem conficiendi, quem
 diximus, scilicet ad cocturam syrupi, magis conueniens
 est quam ille Galeni vel Pauli. SEN. Arabes igitur ita
 iurgys afficiendi non sunt. BRA. Imo in condientis re-
 bus, et in varijs compositionibus maxime præstant: nec
 unquam illuc duci potui, ut de ipsis maledicerem: cum
 in multis et ipsis nostram artem iuuerint. Illos tantum re-
 darguo, qui in gratiam Arabum, eos despiciunt qui bo-
 nas literas sectantur. Nunc ad oxymeli compositum ve-
 niemus, si in primis me admonueris, an ex zucharo vel
 melle, hunc syrumpum præpares. SEN. Semper ex melle,
 et hunc, et oxymel compositum conficimus: tamen non
 desunt, qui ex zucharo parent. BRA. Scio, et Hermo-
 laus Barbarus voluit hoc appellari Oxyzachar, quāuis
 alia res sit vocata oxyzachara, de qua posterius dice-
 mus. Nunc de oxymelle composito agendum est, cuius de-
 scriptionem enarra. S E N. Ego Mesuen sequor: nam alijs Oxymel
 multi sunt, qui illum non sequuntur. B R A. Id scio. Tu composie
 descriptionem quam sequeris, proponas. SEN. Haec est, tu m.
 Recipe corticum radicum Apy) aii. vnc. ij.
 Fœniculi)
 Seminis Anisi)
 Apij) aii. vnc. i.
 Fœniculi)

Mundentur cortices, & terantur, & proycentur super eas in vase lapideo positas aceti boni antiqui & alii lib. X. aquæ lib. XX. & dimitatur per die & noctem deinde coquatur, donec eius tertia pars consumatur, postea coletur, & projiciatur super ipsum mel, quod sit medietas eius, & coquatur cum facilitate. Hæc Mesue, quæ sequor. BRA. Tamen multi sunt, qui alio modo parant, nempe quinq; radices accipiunt, & hoc modo ordinant.

Recipe Corticum Radicum Apij)

Fœniculi

Petroselini

Brusci

Asparagi

Seminum Apij

Fœniculi

) a. vnc. ij.

) a. vnc. i.

Prædictæ radices cum seminibus in lib. xy. aquæ, & lib. i. aceti decoquantur, quo usq; ad medietatem resolvantur, aut paulò plus: deinde cum melle, quantum sufficit ad syrapi formam ebulliant: sed hic syrups cum eo de quinq; radicibus cum aceto plurimum conuenit, si ex zucharo factus esset: si autem absq; acetō fiat, cum illo de quinq; radicibus sine aceto conuenit. SEN. Andiui quosdam, qui seminum loco vnc. I. b. radicum raphani addidere. BRA. Evidem nonnulli sunt, qui ita parant, sed potius in gratiam quorundam medicorum, quam quod ita communiter parari possit, aut debeat. Aly etiā sunt, qui semina penitus derelinquent. SEN. Reperiuntur ne apud antiquos hic syrups? BRA. Non, quod sciuerim: quamuis apud antiquos sub oxymellis nomine multæ

S Y R V P O R V M 189

multæ compositiones inueniantur, sicut est oxymel Iuliæ, in quem plura ingrediuntur: cuius meminit Gale Oxymel nus ad Glauconem in cura podagræ à bilioso humore Iuliani factæ, & Pau. lib. iy. cap. xij. Aderat & oxymel spleñ. Oxymel nicum ad spleneticos optimū, & oxymel pro calculosis, splenicū. quorum compositionum Pau. lib. vy. cap. xi. meminit, Oxymel Nos autē hæc duo solū prædicta in usu habemus. Optas pro calci rim autem ut splenicum paratum seruares: nam optima losis, compositio est ad spleneticos, & clausa vehementer appetit. S E N. Si compositionem edocueris, in tuam gratiā parabo. B R A. Hæc est, quam dicam, à Paulo præcitat o loco sumpta.

Recipe corticis Radicis capparis)

Scolopendry)

Assari)

Ireos)

Florum iunci rotundi odorati)

Florum Cyperidis) singulorū vnc. ii.

Anisi)

Cymini)

Fœniculi)

Acori)

Fructus erices)

Foliorum Tamaricis)

Salicis)

Radicis Apij) vniuersalijs vnc. ij.

Dendro libani)

Scillæ)

Aceti xesta vna)

Mellis xestis tribus.

Guttæ Amoniaci Thymiamatis.

Præpara ad modum Scyllitici, & da cochlearia duo.

SEN. Multa simplicia enumerasti, quæ an habeam & quid sint ignoror. BRA. Omnia habes partim in examen enucleata, partim quando parare volueris, docebis mus. Interim oxymel scylliticum tractemus. Sed hoc cōmodius fiet, si acetum scylliticū in primis pertractauerimus. SEN. Scire autem cupio de oxymelle cōposito, ad quid utile sit. BRA. Ad omnia ad quæ simplex: sed vehementius ad febres antiquas, bilem crassam, atq; pituitā attenuat, & omnes obstructions, præsertim ventriculi, iecoris, & splenis aperit, yrinam mouet, calculosis prodest. Quod etiam Arabes fatentur. Sed tuum modū acetē Scyllitici enarra. SEN. Ego Mesuen præcise imitor etenim scyllæ cortices accipio, nec intrinsecas nec extrinsecas, sed medias inter eas quæ in cōtro sunt, & quæ in circūferentia, & acu simul consuo linea, & xl. dierum spatio in umbra siccari permitto: postea ligno cultro in frusta cōminue, & pro omni libra huius cōminutæ scyllæ, aceti boni lib. VIII. incio, & in vas vitriatum arctè orificy impono obturoq;, & deinde per alios. XL. dies soli expono, postea colo. Itaq; acetum præparatum est. Antiqui autem parabant' ne hoc modo: BRA. Paul. lib. VII. cap. XI. hoc modo conficit: Accipe scyllæ candidæ in minutæ partes cōcise, & diebus. XL. in umbra exiccatæ & rursum purgatæ, minas sex, aceti boni xestas XII. operculato vase ponas sub solem per dies. LX quibus transactis scillam expressam abyce, & acetū excosatum in vas reponito. SEN. Inter hoc Pauli & illud

Mesue

SYRUPORVM

191

Mesue multa differentia non est. B R A. Non equidem.
Alij etiam conficiendi modi à Paulo edocentur: nempe
aliqui scyllæ minam vnam in aceti xestis sex recipiebant.
Alij viridis scyllæ idem pondus in sex aceti minas con-
dunt, quod tamen cæteris acutius est. S E N. Paulus men-
tioné non facit quod medy cortices sumi debeant. B R A.
Subintelligere oportet, & à Dioscoride lib. IIII. an-
maduertitur, vbi hanc compositionem scribens, inquit
Scylla, quæ sit alba deligitur, huius crudæ directis duris
& extrinsecus positis omnibus, tenerâ medietatem per
minutas partes recidunt, & filo si ppendunt ex interuala
lo, ne se contingant segmenta per aies. XL. in umbra, dos
nec ass. ccentur: deinde cum arida erunt, in aceti optimâ
XII. sextarios mergunt, ut diebas septem patiaris esse
sub sole obturatis diligenter vasist: post eum numerû dies
rum scylla eximitur, calcatur, abycitur, acetum ijs sum elis-
quatur, transfunditur, reponitur. S E N. Vide o apud an-
tiquos in tempore expositionis ad solem differentiâ esse.
Cur autem medios cortices, & non extremos accipiunt?
B R A. Hoc nō immitrît faciunt, quia superficiales par-
tes tum nimis siccæ sunt, tum ob solis ardore & actione
venenosæ eſſe. Etæ juncit partes vero q̄ e apud ceterū sunt,
humiditate nimia abundant. Vnumq; addit, non eſſe recis-
piēdos cortices nimis croſſes, nec nimis subtiles, sed scylla
la, quam sumis, medicorū substātiā habere debet. Tamen
& Dioscorides alicuā compositiones recerſet. Nēre
aliqui fondo scyllæ in sextarios aceti qui q̄ demittunt.
Nec deerat, q̄ acerrimū acetū pararēt, alio modo quā co-
ficeret suū acre Paulus: etenim repugnat tunicis cortices,

et exarescere non permittut, statimq; musteas ac recens
tes alias pari mensura coniunct in acetum, et initio. viij.
mensis eximunt. SEN. Hoc acerrimum esse debet, ut fe
ri gustu tentari non possit. BRA. Tamen eo antiquè
vtebantur. SEN. Gaudeo cum viderim et antiquos in
suis compositionibus diuersos, vt nullus inueniatur qui
eandem compositionem eodem modo confectam paret.
Recentes igitur reprehendendi non sunt, quoniam et hoc
semper fuit antiquorum vitium. BRA. Si tu antiquorum
compositiones contemplaberis, statim inuenies diuersi
tatem esse, quia compositio efficacior, et minus efficax
reditur: quas diuersitates medicus cognoscere debet,
ne inefficaciore remedio vtar, quando efficaciore indi
gemus, et econtrario. In recentiorum autem compositionis
nibus diuersitas est in simplicibus, quae alia intentionem
pharmaco tribuunt, et quae morbo potius contraria est.
Hoc est, quod varias compositiones damno, non quia no
nouerim antiquos etiam pro varietate ingeniorum et di
uersarum etatuum compositiones immutasse: hoc enim in
nostra hac facultate usu venit, vt aliqui in qualibet etate
nascantur, qui sibi arrogent. Unde Pli. medicinam artem
Interpolè appellat: hi (vt videantur potius quam sint)
omnia immutant, omnia pervertunt, adeò vt multis occa
sionem dederint hanc artem inconstantissimam appellan
di, quum nulla constantior, firmior' ue sit. SEN. succur
rit' ne tot affectibus, quot Mesue enumerat hoc acetum?
BRA. Imo et pluribus quam à Mesue dicantur: nam
Pli. cap. y. li. xxiiij. inueteratum magis probari docet, et
prodeesse acescentibus cibis, nam gustatum poemam eam
discutit?

discutit: etiam prodeße his qui iejuny vomunt, nam cal-
lum faucium facit, ac stomachi: odorem oris tollit, gingi-
nas adstringit, dentes firmat, colorem meliorem præstat:
tarditatem quoque aurum gargarizatione purgat, &
transitum auditus aperit: oculorū aciem obiter exacuit,
comitialibus, melancholicis, vertiginosis, vuluarum stran-
gulationibus, percussis, ac præcipitatis, & ob id sanguis
ne conglobato, neruis infirmis, renum vitijs perquam uti-
le, cauendum exulceratis. Adde à Dioscoride plura alia
dici, quam à Plinio scripta sint: sed in genere vehemen-
ter incidit. SEN. Quum apud authores tot diuersitates
inueniantur, quomodo conjecturus sum ego? B R A.
Apud Latinos diuersitates solum in tempore sunt. SEN.
Fuere' ne alijs antiquiores Latini, qui præter Plinium de
hoc acetō tractarent? B R A. Columel. lib. XIII. ca-
pite. XXXIII. acetum scilliticum, & eius composi-
tionem edocet, parum à Plin. differens, nisi in numero
dierum quo insolatur. Palladius in Iulio mense capite
octauo, de hoc acetō agit, & præparandi modum ostendit: qui & ipse in diebus insolationis differt. SENEX.
Pliny locum non indicasti, quo hoc acetum parare do-
cet. B R A. Et locum indicabimus, & verba afferemus,
vt eius more confidere possis. Locus est. XX. lib. capi-
te. IX. Vbi de scilla cogit, inquiens: Scillarum in medis
cina alba est quæ masculus, fœmina nigra; scilla quæ can-
didissima fuerit, utilissima erit. Huic aridis tunicis dire-
ptis, quod reliquum è viuo est, consutum suspenditur lis-
no modicis interuallis. Postea arida frusta in cadum ace-
ti quam asperrimi pendentia immerguntur, ita ne rulla

parte vas contingent. Hoc fit ante solstitium diebus.
XLVIII. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub te-
gulis, totius diei solem accipiētibus. Post eum numerum
dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum trāfunditur.
SEN. A Messie non parum differt, is tamen non est.
Hoc etiam loco Plinius, eius vires describit, inter quas
hoc mirum dictu ponit: Sed tanta (inquit) vis est, ut cuī
dius haustum extinctæ animæ momento aliquo speciem
præbeat. SEN. Mirum dictu hoc est. BRA. Mirum
quidem sed non impossibile: nempe & nostro tempore
huius generis ardentes aquæ parantur, quæ semimor-
tuos per aliquod temporis spatiū reuiniscere faciunt.
SEN. Scio, & iam ego tuo nomine paravi. BRA.
Alias parasti. Nunc vero vnam ab alijs diuersam para-
re incipes in gratiam Illustissimi & excellentissimi
HERCVLIS Duci Ferrariæ quarti, quæ nobis Deus
optimus diu seruet: de qua mira plerunq; vidi, adeò ut
tres guttæ quandoq; aliquem adeò reuiniscere fecerint,
quod domui suæ opportuna disposuit, testatus est, &
trium dierum spatio adhuc superuixit, qui debebat eas
dem hora mori. Non nulliq; Carmelitæ iudicarunt hanc
compositionem eam esse, qua Clemens Septimus Pontis
fex maximus vita ferè destitutus, per aliquot dies super-
uixit. sed Deus optimus, qui gregem suum ab eo pastore
liberare voluit, huius aquæ vires confregit. Tamen hæc
cōpositio, quam faciemus, illa adhuc potentior est, quam
pontifex hauisse dicitur. SEN. Quidam author noster,
qui Seruitor inscribitur, alios quosdam modos acetum
scilliticum parandi docet: at ego quem imitari debeam
ignoro.

SYRUPORVM

195

ignoro. BR A. Quum antiqui inter se dissidentes sint,
et potissimum in tempore quo insolatur: propterea a
tua consuetudine te dimouere nescirem, vt Mesuen se
quaris, qui a Græcis, et Latinis parum euariat, et in
tempore insolandi. XL. dierum spatium accipit, quod
tempus apud medicos in pluribus criticum est. Scias au-
tem quemadmodum mulieres nostræ singulis annis
oleum rosaceum parant, vt eo per totum annum vtantur
quando opus erit, ita antiquiori tempore quisq; acetum
scilliticum pro vsu domus conficiebat, nec paulatim exhi-
bere verebantur quousq; ad cyathum vnum et duos su-
merent. Sed de hoc aceto satis. SEN. Igitur de oxy- Oxymeli
melle scillitico loquamur. BR A. Loquamur, postquam scilliticu
Græci, Latini, et Arabes de aceto scillitico inter se dif-
ferunt. Sed quo modo hoc mel scilliticum paras? SEN.
Mesuen sequor, nempe accipio mellis despumati libras
tres, aceti scillitici libras duas, simul coquo cum fa-
cilitate semper despumando, quo ad perfectam syrapi
formam habuerit. Quo confecto, ad medicos vsus seruo,
quando materiae valde frigidæ sunt, valde glutino-
sa, et tenaces, et quæ in locis sunt a quibus difficul-
ter euelluntur: valet etiam ad ventriculi, capitis, et vi-
scerum ægritudines, ad vesicæ mollificationem, et ad
eructationem acetosam. BRASAVOLVS. Quos
modo sine aqua conficere potes? SENEX. Ego
aquam non addo. BRASAVOLVS. Ego au-
tem addendam puto: vt postea semper despumando co-
quatur: et hoc est, quod Mesue dicit, et perficitur deco-
ctio eius, vt diximus in speciebus secaniabim. Ibi autem

aquam ponit. Ideo iudico, quod aquæ libras. IIII. injice
re debeas. Nam sicut in secaniabim de radicibus aqua
est duplum aceti, ita hic aqua duplum aceti esse debet,
etiam aqua in simplici secaniabim acetum in maiori co-
pia superat. Sed quod dixi satis est. Semper autem ob
perfectiorem cocturam aquam inycerem, & ob eam cate-
sam quam dicit Mesue in oxymelle simplici. SENEX.
Deinceps semper ita agam. Antiquiores autem de hoc
Oxymelle scillitico tractarunt' ne. B R A. De hoc nun-
quam, sed Paulus Regineta libro. VII. capite. XI. ala-
terius oxymelitos scillitici meminit, quod in tua officina
confectum voluerim: appellabiturq; oxymeli scilliticum
compositum. S E N E X. Eius compositionem, ni pigeat
edoce. B R A S A V O L V S . Hæc est, quam dis-
cam.

Recipe Interaneorum mollium Scillæ lib. iiij.

Aceti acrioris albi) xestas xv.

Piperis) ann. vni. iiij.

Petroselini macedonici)

Dauci cretici)

Ameos)

Anisi)

Nardi gallicæ)

Libystici)

Assari)

Cardamomi)

Spice nardi)

Amomi)

Rhapontici)

ana semissim

Fæniculi

Fœniculi)
Seminis cymini)
Laserpity)
Zinziberis)
Pyrethri)
Hissopi cretici)
Costi)
Pulegy)

ana vnc. i.

Menthæ viridis, fasciculum vnum.

Rutæ viridis tenerioris caules quinqꝫ.

Mellis attici xestam vnam.

Hepsematis, id est sapæ, xestas duas.

Apꝫ viridis fasciculum vnum.

Interanea Scillæ candida concisa conyce in acetum,
 & per dies septem sub ardentissimo canis æstu maceras-
 ri sinito, deinde scillam subleuans, arida quidem iam con-
 cisa, viridia vero integra aceto insere, & post septem
 dies rursum omnia extrahens, aceto immitte mel cum he-
 psemate: quibus decoctis usq; ad crassitudinem in vas-
 sculo vitro reconde. Hæc est Pauli compositio, qua(in-
 quit) vel ante prædium propinationis loco uti debemus,
 vel post cibum veluti in falsamento. S E N. Hæc certe
 magna compositio est. Mesue & ipse secundum Demo-
 critum scilliticum oxymel parare docet, sed cum isto ni-
 hil habet, omnino sum ipsum paraturus, sed opus erit,
 quod simplicia quædam edoceas. B R A. Libenter fiet. Oxyza
 SEN. Nunc de Oxyzachara sermo fiat. B R A. Hers chara.
 molaus Barbarus Oxymel simplex, si cum Zucharo fiat, Oxyza
 & non cum melle oxyzachar vocari inquit: & revera, chara.

id est suum proprium nomen: sed alia compositio est quam vos Pharmacopolæ pro Oxyfachar paratis, & corrupto vocabulo Oxyzachra dicitis. S E N . Est compositio Nicolai, quæ recipit tres res, acetum, succum granatorum & zucharum. B R A . Ego quandoq; ex solo aceto parari iubeo, quandoq; ex solo granatorum succo, quandoq; ex vino Omphacio, quandoq; ex limonum, vel narantiorum vocatorum succo, ut sumenti conuenit. Nicolaus per hunc ordinem suum Oxyfachar fieri iubet, ut recipiantur zuchaci libra una, succi malorum granatorum vnc. viij. aceti vnc. iiiij. ponantur ad ignem in vase stanno circumlinito, & bulliant semper spatula agitando, donec ad quantitatem zuchari vel fere deueniat. B R A . Est potus suavis, qui febrium tertianarum inflammations sedat, qui bilem in ventriculo purgat, qui etiam plurimum aperit. Et Oxyfachar loco oxymeli tutius vti poteris: quoniam ratione mellis ita nocere non potest, vt oxymel facit. Quippe certus sum si Hippocrates & Galenus Zucharum nouissent, Oxyfachar componendū voluissent, minori dispendio, quam oxymel. S E N . Gaudeo quoties apud nos aliqua esse inuenio, quæ antiquioribus illis recondita, & occulta fuere. B R A . Certum est omnia non nouisse antiquos, in multis tamen diligentiam habuere. In uno autem in Oxyfachar te attentum faciam, quod zucharum non clarificet. S E N . Ita semper paro. B R A . Bene est.

S E N E X .

I vios
im. M El violatum considerandum prætermiseramus.
B R A . De illo agendum erat, quando de syrus
povio

po violato & infusione violarum loquebamur. Ut autem de ipso perfecte loquamur, quibus viatis edoceas.
SEN. Ego in mea officina mel violatum, & Zucharum violatum habeo: Zucharum violatum eodem modo paro, quo rosatum, vnicuique libræ Zuchari vnc. iiiij. violatum, id est florum violarum exhibens. Etiam mel violatum ex infusione eodem modo conficio, sicut mel rosatum ex infusione rosaru, quia ex infusione violarum & melle, mel violatum paro. BRA. De violato Zucharo errare non potes, quia à Mesue perfectam normam habes, & ab eodem de violato melle etiam regulam habes, quia vel fit colatum, vel non colatum. Si quidem colatum fiat, Mesue regulam tribuit, duarum violarum partes sint, & sex mellis, ut etiam in Zucharo facis. Tamen huius mellis rarus unus est. Si vero colatum facias, unus est modus cum infusione violarū, de quo superius egisti. Alius est modus ex puro violarum succo. Tertius est modus, qui mihi summè placet à Nicolaō factus, ut in x.lib.albissimi & purissimi mellis despumati (secundum Nicolaum, secundum nos autem mel ad aurum inclinet) ponatur succi recentium violarum lib.i. cum igne apposita sunt, adde violarum recentium cultro incisarū libras.IIII. & bulliant semper miscendo, ad consumptionem succi. SEN. Quandoque solebam hoc modo parare. BRA. Siccitati pectoris, & lenta febre affectis plurimum conuenit.

SENEX.

P Aucissima inter syrups considerada videntur. Si Diamor quid sit, Diamorum est. BRA. An inter syrups simplex Diamorum numerari debeat, nec ne, in dubio est, tū quia

Mesue inter genera Loch (ut eius vocabulo utar) numeravit, tum quia syrupi more non bibitur. Sed de hac re digladiari non liceat, modo compositionem ipsam cognoscamus. Quod genus Diamorū paras ē SEN. Quod omnes aly illud scilicet quod à Nicolao edocetur, qui in hunc modum conficit.

Recipe mororum celsi	lib.	ſ.
Merorum bati	lib.	i.
Mellis	lib.	ſ.
Sapæ	vnc.	ij.

Ita etiam conficio: Sumo succum mororū cum melle & sapæ in vase æreo stanno circunlito, & suauiter de eoquo: cum autem an coctum sit cognoscere volo, guttā supra marmor ponor: & si inhæreat, coctum est: adeò autem inhæreat, ut si digito tangam, refiliat, tunc coctum est: hoc viso percolo, & in vase stanno circunlito usui reseruo. B R A. Uſus eius magnus est in palati excoſiationibus, quando vua deciderit, & materia aliqua impletur, vbi in gula ardor persentitur, aut feruor quidam ingens. In principio etiam synanches plurimum vallet. Sed Mesue aliam compositionem habet, quam Diamorum appellat, in ea distinctione vbi de Loch tractat, quam etiam plures faciunt, & quam ad omnes gutturis & vuæ apostemata valere dicit, & ad omnem præfocationem.

Recipe succi mororum dulcium)	añ.	lib.	i.	ſ.
Mororum de sceni)				
Rob)				
Mellis)				

Coquantur

Coquantur cum facilitate vſq; ad mellis ſpiſitudinē,
et ſerua. Appellaturq; ſimplēx Diamorum. Sunt autem
qui cum maior neceſſitas ingravit, addunt

Aluminis)	
Myrrhae)	an. partes æquales.
Croci)	
Succi agrestæ)	

SEN. Ego nunquā hæc vel addidi, vel addere vidi.

BRA. Ego autem in Diamoro quandoq; et hæc et alia
(vt opus est) addo. Sed vnum admoneo, Meſuen huic
compositioni hæc addidisse, quæ à Galeno addūtur. VI.
lib. de compositione medicamentorum ſecundum loca,
qui liber à barbaris Miamir nuncupatur: et quāuis eas
dem præcife à Galeno in hanc compositionem non iny-
ciantur, tamen eandem intentionem ſequitur. Eo enim
loco duas Diamori compositiones deſcribit, quarum alte-
ra Andromachi, altera ipſius Galeni eſt. Galenus docet
nos puro ſucco vti debere phlegmone incipiente, et ego
eo vtor, quum recentia mora in ſua arbore pendent: alio
enim tempore cū deſunt mora, eorū ſuccus melle mixtus
ſeruatur: tamen ſine melle vehementius repellit. Quod
in phlegmonum principijs quæritur, poſt principium,
quia ſimul et repellere, et reſoluere indigemus, tunc
cum melle conuenit. Tamen Galenus in principio ſimul
cum ſucco, quandoq; Rhum, id eſt ſumachium dictum me-
ſcebat, quandoq; omphacium: quibus defiſientibus, roſ-
ſarum flores ſumebat, aut ſiccas roſas, aut balaſtium,
aut gallam, aut thus, aut hypociftida, aut ſuccum lenti-
ſci, aut (vt breuibus expeditat.) aliquod adſtrigene,

202 MEXAMEN

quod vim repellendi habeat. Et hæc est in principio omnium phlegmonum intentio repellere: post principiū ad concoquendum myrrha & crocus adduntur: postquam coctio facta sit, inyciendum est aliquod discutiens, ut nitrum, aphronitrum, sulphur, vel origanum, vel pulegium, vel thymum, vel aliquid simile. SEN. Quomodo parabat Galenus suum Diamorum? B R A. Hoc modo.

Recipe Mellis	lib.	i.
Succi Mororum rubi	lib.	v.
Croci)	
Myrrhæ)	an 3. i. 6.
Omphacy		3. i.

Hic modus Diamori à Paulo Regineta lib. VII. cap. XIII. Diamorum compositum appellatur, quod à Galeno Diamoro in aliquibus & in simplicium pôderibus differt. Est autem Pauli Diamori compositi descriptio ea quæ subsequitur.

Recipe mororum succi cotylas sex, coquas ad strigentis balneorum crassitudinem.

Croci contriti	denarium i.
Myrrhæ	denarios ij.
Omphacy	denarium i.
Schisti lapidis triobolum	
Mellis Cotylam vnam	

Decoquito quo usq[ue] crassitudinem induat. SEN. Si Paulus Diamorum compositum hoc appellat, necesse est, quod simplex prius edocuerit. B R A. Imò id egit: nam eodem loco duo Diamori simplicis genera ponit. Alterum ex mororu[m] succi sextarys tribus, quibus antea decoctis

decoctis ad consumptionem tertiae partis, in yce mellis sextarium vnum, & denuo ad mellis spissitudinem dea coquito. Alterum ex succo mororum batinorum, id est ex rubis nascetum facit, quod primo adstringentius est. propterea & Galenus vel ex moris celsi, vel rubi conficit. Sed ex rubi moris magis laudat. SEN. In tam ampla authorum discordia quid agendum mihi est? BRA. Laudarem ego, ut duo hec Diamori simplicis genera, quæ à Paulo sunt, seruares: nam post primum, secundo vtere mur. Si deinde vehementiori repercussione indigeremus, repellentia, ut Galenus facit, addemus: quādo resolutio ne opus erit, resoluentia in yciemus. Hi autem authores sapam non ponunt, quæ in hac compositione mihi sum mē displicet, quamvis & à Serapione, & à multis alijs addatur. SEN. Cum etiam Hali. x. lib. eius practicæ aliā compositionem huius Diamori sequatur, & aliā Mesue in capite de Squinantia, quam ego imitari debeo? BRA. Si duas Pauli simplices compositiones habere non vis, simplex Diamorū ex moris celsi, vel moris batinis conficio, quod solum habeas: medici vero pro ægrorum necessitate, secundum varia morborum tempora addent. Si autē (ut officina tua copiosior sit) Diamorū compositū habere studeas, illud ex Galeno præadductū, magis quā id ex Paulo parato. SEN. Cū Nicolai Diamorū sapā recipiat, est' ne idem modus apud omnes tum antiquiores tū recētes, parādi sapā? BRA. Rem discutiendā moues, quæ magni momenti est in nostra arte. Sed posteaquā in hāc arenā descendimus, omnia cū recētiū, tū antiquorū volūmina euoluemus, quo ad tibi pro parte satis factū esse

- cognoscamus, & hoc tanto libentius agemus, quia sapavnum est ex his, quæ simpliciū examine tua incuria omisæ sunt. Ab Arabibus autem initium sumamus. Cum in Rob. Arabum, & Mauritanorum compositionibus Rob, vel Robub. Robub, simplici vocabulo inueniris, sapam intelligre oportet; & hoc perpetuo, nam id vocabulum, succum significat; sapam vero per excellentiam succus appellatur, quia una excellens res est, quæ succum delectabilissimum facit. S E N. Vinum igitur erit Robub. BRA. Duo exi guntur, ut aliquod sit Robub. Vnum, quod sit succus. aliud, quod sit inspissatus ad formam mellis. In alys suca cis ad sapam ipsam exemplum sumimus, quando de eorum inspissatione tractamus, fiat ad formam Rob, vel Robub, id est ad formam sapæ. Omnis ergo inspissatus succus Robub dicitur, sed per excellentiam sapam simpli ci vocabulo Robub vocatur. Ut autem verè sit Robub opus est in primis, quod succus defæcatus sit, deinde per solis aut ignis calorem tantum inspissatur, ut sine corrup tione longo tempore seruari possit. Vnde Ferrarienses mulieres per duos et tres annos sapam integrum seruat. Antiqui duo genera sapæ, imò tria habebant, per varias cocturas distincta. Vnum genus erat, quod ebulliendo, ad tertiam partem resoluebant; aliud ad dimidium. pri mum à Græcis σειρήν, ἡ Τημός, id est Sireū, vel hepsima, Latini sapam vocant. secundum Defrutum dicitur. Defrutū. hoc Pli. lib. XIIII. cap. IX. docet, inquiens: nam Sireū, quod alijs hepsima, nostri sapam appellant, ingenij non naturæ opus est, musto usq; ad tertiam partem mensuræ decocto. Quod rbi factum ad dimidium est, defrutum vocamus.

vocamus. Omnia in adulterium mellis excogitata. Et lib. XXIII. cap. II. inquit: Vino cognata res Sapa est, vino decocto, donec tertia pars superfit: ex albo hoc melius. SEN. Igitur ex tribus partibus duas resolutebant in sapam? BRA. Ita est. SEN. Ego autem Plinium intelligebam quod tantum tertia pars resoluteatur, et duæ relinquerentur. BRA. Ille non est Pliny sensus, quod ostenditur cum ex hoc cap. II. lib. XXIII. ubi inquit, decocto donec tertia pars superfit. Siquidem superest tertiae pars, indicium est quod aliæ duæ partes evanuere. Imo et illud ex illo loco noni capitinis lib. XIIIIL colligi potest, ubi inquit, Musto usq; ad tertiam partem mensuræ decocto. Sed quia haec verba non magis id significant, quam qd sola tertia pars resoluteatur, propterea id quod sequitur ostendit, quod duæ partes resoluti debet, et una supereesse. Sequitur autem. Quod ubi factū ad dimidium est, defrutum vocamus: ac si dicat, Sapa est quoties adeò resolute ut tertia pars superfit: at in hac resolutione quando ad dimidium peruenitur, defrutum vocamus: cu vero usq; ad resolutionem duarum partium transitus sit, est sapa, vel Hepsema, ab Hippocrate Hepseton vocatur. Hepsetō Mellacium, forte quia mel recipiebat, ut nonnulli ex nostris mulieribus faciunt: vel quia loco mellis vtebantur, cuius dulcedinem representat. Est et tertium genus, quod fit ex resolutione viii partis ex tribus, et Cales Calenum num appellabatur. SEN. Quod nostræ mulieres singulis annis parant, quomodo appellari debet, aut in quo genere ponendum est: BRA. Non est defrutum, neq;

sapa, neq; Calenum, quia ex quinq; partibus quatuor res
soluunt: forte quia vina nostra Ferrariensis adeo po-
tentia non sunt, ex quinque enim fistulis adeo bulliunt, ut
una tantum relinquatur. Quae autem meliorem & suau-
orem sapam parare volunt, vnde bene maturas delis-
gunt, & pinsunt: aliter non est suavis sapa, & quae fa-
cile putreficit. Ut autem quidam acore sapa admatur,
mulieres nostræ cydonia injiciunt, ut simul bulliant, si
cydonijs carerent, poma alterius generis, modo dulcia
sint, accipiunt. Decipiuntur autem recentes, qui volunt
hoc tertium genus sapæ dici carenum, quia tertia parte
careat. Imò illius sententiæ fuit Isidorus. At res aliter est:
nam calenū dicitur à Caleno oppido, & Caleno monte,
qui distat, xiiij. millibus passuum plus minus à Capua
capite & primaria olim Campaniæ vrbe. Nunc oppidis
Ferrariæ propinquis vix similis est. Dictatq; Calenus
mons à Sessa nunc vrbe, non Sinuessa, quatuor millibus
passuum plus minus. In Caleno autem monte nunc nec
oppidi vestigia extant. Hac hyeme ea loca visitauimus,
quoniam ab antiquis celebrata sunt, cum illustrissimus
Princeps & patronus meus HERCULES Estensis.
Dux Ferrariæ quartus Neapolim ad CAROLVM
V. Imperatorem proficeretur. Ad Calenum mon-
tem equitauimus, vina Calena bibimus, quæ suauissima
sunt. Propterea Horatius volens Meccenatem allicere
ex vino, ut secum in cœna sit libro primo Carminum,
Ode. II. inquit: Prelo domitam Caleno Tu bibes
viam. & Iuuenalis: Molle calenum porrectura viro.
SENEX. Vuarum igitur genera magis & minus sa-
pare

pam coqui faciunt? BRASAVOLVS. Ita est, quia
calena vina ut sapæ perfectionem & formam enancisca-
rentur, solum indigebant resolutione vnius partis ex trè
bus. Nostra autem vina indigent resolutione quatuor
partium ex quinq. Imò & ex Caleno monte phalerna
vina, nigra, dulcia & spumantia veniunt. Nunc is locus
idem nomen seruat: nam incolæ appellant li faluomi.
SEN. Posset ne haberi vniuersalis regula sine hac men-
suras? BRASAVOLVS. Posset, & hæc sit: Quod a
cunq; genus vuæ, aut musti acceperis, adeo bulliat, vt
mellis formam acquirat. SENEX. Si Græci in diamo-
ro sapam non ponunt, miror quod Arabes & recentes
iniecerint: nescioq; unde ortum habuerit. Idq; dubium
mihi videtur de re ipsa nunquid sapæ in his guttulis
affectionibus, in quibus Diamorum conuenit, præsertim in
principio sapæ conueniat. BRASAVOLVS. Rem
arduam moues, in qua non ita facile respondere possua-
mus. Nempe Græci authores nonnulli in gargarismatia
bus & oris collutionibus, & ad inflammatas gingiuas
sapæ vtuntur. Aëtius enim capite. XX. lib. VII. ac in
flammatis gingiuis tractans, primo asinimum lac in ore
detinendum esse præmonuerat. postea addit, & hoc qd
ex vino ad tertiam usq; mensuræ partem decocto appa-
ratur, quod sapam dicimus, itemq; Hepsema. & capite
LI. eiusdem. VIII. lib. idem Aëtius ubi ea ponit, quæ
bis qui in arterijs patiuntur conueniunt, & de arteria-
rum pharmacis loquitur, inter alia sapam exhibet, quæ
Sireum quoq; & Hepsema appellatur: à vino autem
abstinendum monet. & capite. LII. ubi de asperitate &

suppressa voce tractat, quando è pectore educere opus est, mel & sapam addite. Paulus etiam Egineta, ubi de raucedinis arteriarum ue curatione loquitur, sireo, id est sapa utitur. Trallianus etiam lib. II. cap. III. de destillatione tenuis materiæ à capite in asperam arteriam losquens, ex defruto & sapa compositiones facit, ubi de Diacodione sermonem fecerat: ex his forte & simili bus Arabes, recentes in principio phlegmonum gutturis, sapavtuntur, & eo præsertim quia Dioscorides lib. V. ubi de vino passo, et protropo disputat, inquit: Itē quod mulso decocto fit, & Sireum, ab alijs herfema, & sapa dicitur. Si nigra euadant, pingua, copiosiq; alijs menti erunt. Si alba, tenuiora. Si heluola, variataq; mesdiam vim vtriusq; naturæ ferent: omnibus tamen vis adstringendi, continendiq; adiuncta. Arteriæ languidosictus recreat. Ex his habes secundum Dioscoridem, sapā vim restringendi habere, & ex consequenti repercutendi: propterea ad inflammationes gutturis in principio valere sumi potest. Sed his omnibus Hippocrates oppositus esse videtur, qui in. II. lib. de ratione victus inquit: Defrutū calefacit, madefacit, et subducit: calefacit, quod vinorum est: madefacit, quoniam nutrit: subducit quod dulce est. Vnde secundum Hippocratem colligere potes, in harum inflammationum initiis sapam exhiberi non posse: propterea (salua semper Dioscoridis pace) in principio inflammationum asperæ arteriæ, aut partium oris, ego nunquam uter sapam. SEN. Quid dixit Dioscorides? BRA. Esse adstringentis naturæ. Quod si sit, in principiis conuenit. Nempe ab omnibus antiquioribus medicis,

medicis, & ab ipsa ratione animaduertitur in principijs repellentibus nos uti debere: postea resoluentibus, de- niq; mitigantibus: quod bis aut ter à Paulo Egineta lis- bro tertio capite. xxv i. edocetur, & ab Aëtio locis præcitatissimis: quos si contempleremur, in principijs sapam non vtitur: ab Alexandro Tralliano libro secundo capite. iiii. à Galeno in sexto de compositione medicamen- torum per loca. S E N. Sapa quando fieri debet: B R A. Quando rūæ sunt exquisitè maturæ: quamuis Plin. lis- bro. xiiii. capite. xxii. dicat, Ipsa quoq; defruta, ac sapas, cum sit cœlum sine luna, hoc est in sideris eius co- tu, neq; alio die coqui iubent. Præterea plumbeis vasis non æreis, nucibus inglandibus additis: eas enim fumum excipere. Nostræ autem mulieres poma cydonia, aut alia, si hæc defint, injiciunt. Idem Pli. libro. xviiii. capi- te. xxxi. de temporibus vindemiæ loquens, inquit, hoc scilicet tempus, & defrutum coquendi, silente luna noctu, aut si interdiu, plena. Quæ à Ferrariensibus mu- lieribus nunquam obseruantur. S E N. Igitur sine sapa diamorum parabo: B R A. Sine sapa: quippe Græci au- thores sine sapa conficiunt, & Alexander Trallianus lis- bro. i. capite. 41. ubi anginæ præsidia scribit, diamori simplicis & cōpositi confectiones edocet. S E N. Quæ sunt hæc: B R A. Pro simplici diamoro confiendo reci- pit succi mororū sextarios quinq; decoquito donec mels lis liquidi crassitudinem contrahat: deinde mellis sexta- rium vnum adycito, & iterum coquito, donec mellis den- sitatem obtineat. S E N. Quomodo facit suum composi- tum Alexander: B R A. Nunc dicemus.

Diamo-
composi-
Alexand-

Recipe succi mororum Sextarium vnum

Croci

)

Sextarium vnum

Myrrhae

)

Denarium pondo duum.

Omphacij tosti & in puluerem redacti denary pon
do vnius.

Aluminis

Denarium pondo duum.

Mellis

Sextarium dimidiatum.

Succus mororum per horam arescat: inde igni admo
tus parum spissior reddatur: mel autem iniectum ad ter
tias decoquito, & ubi gelascere cœperit, pulueres quoque
inyce: & sicubi incidat usus, utere. SEN. Tamen hoc
composito in principio vti non debemus. BRA. Non
equidem: immo ipsemet Trallianus ubi simplex diamorum
describit, hoc obseruandum monet, ut επι της αγκυλης, id est
in principio adhibeantur quæ reprimendi vim habent,
επι της αγκυλης, id est in summo vigore que digerendi, επι της
της παραγκυλης, id est in declinatione, quæ leniendi phleg
monem, mitigandi facultate prædicta sunt. Imo Paulus
Regineta præcitat locis mel in principio miscendum
esse non vult, sed in augmento solum. Addimus autem nos
mel, ut diu seruetur: aliter breui corruperet & diu ser
uari non posset. SEN. Cum in simplicium examine mo
ra prætermiserimus, ab re non erit, ea hoc loco tractare.
BRA. Id libenter faciam à recentibus initium sumens:
nam ex his in antiquam harum rerum cognitionem venie
mus. Apud nos duo mororum genera reperiuntur ex co
lora ali: loribus distincta, Album, & Nigrum. De albo moro niz
hil apud Theophrastum, Dioscoridem, Plinium, Cato=
nem, Palladium, Columellam, aut alium ex antiquiori=
bus,

bus, qui de re rustica aut plantis locuti sunt. SEN. O
rem miram, quam audeo. Igitur antiqui albū morū igno
rarunt? BR A. Ita videtur. SEN. Tamen sericum ha
bebant. BR A. Habant et bombyces, sed nigro moro
vtebātur, & suos bombyces isto pascabant: & si hi ver
mes nigro moro vescantur, sericum pulchrius, splendis
diusq; fit. SEN. Fieri potest quod antiquorum aliquis
de albo moro locutus non sit? Res est, quæ mihi ferè im
possibilis dictu videtur. BR A. Nullus, præter Ouidium
album morum, vel à longe descripsit. SEN. Non pos
sum non valde mirari de antiquioribus, & præsertim de
Plinio omniū sagacissimo. BR A. Fortè Pli. album mo
rū præteryt, que nīā à Theophrasto eius mētio nulla fit,
quæ in plātarū historia adeò imitatur, vt eius simia vere
dici possit. SEN. Nec illud dici potest, hos viros ideo al
bū morū omisisse, quia arbor notissima esset, quoniam de
valde notioribus historiam scripsere, et de vilioribus: &
huius arboris foliū ad pascendos vermes mollius est, quā
mori nigræ foliū, & nūc tota Italia folys huius albæ mo
ri vtitur. Sed quo loco, et ad quod propositū de alba mo
ro sermonē habet Ouidius? BR A. Est in. IIII. lib. Me
tamor. vbi Thysbes & Pyrami insolētes amores descri
bit. Quippe locū quendā statuerūt, in quæ ambo cōueni
rēt: locus autē erat notissima morus, sub qua alter alterū
expectare debebat. Ne autem carmina quæras, hæc sunt
quæ dicā: Ne' ue sit errandū lato spatiātibus aruo, Cōue
niant ad busta Nini, lateantq; sub vmbra Arboris, arbor
ibi niueis vberrima pomis Ardua morus erat gelido con
termina fonti. Imò Ouidy sententia videtur, quod omnia

mora prius alba fuerint: deinde ob Pyrami & Thysbe^s
sanguinē, nigra effēcta sint. Ideo deinceps cum seipsum
perimit Pyramus, in hunc modum canit: Quoq; erat ac
cinctus, demisit in ilia ferrum, Nec mora feruentī moa
riens ē vulnere traxit, Et iacuit resupinus humo, crūor
emicat alte, Non aliter quām cum vitiato fistula plumbō
Scinditur, & tenui stridente foramine, longas Eiaculaz
tur aquas, atq; ictibus aēra rumpit. Arborei fœtus asper
gine cædis, in atram Vertuntur faciem, made factaq; san
guine radix Purpureo tinxit pendentia mora colore.

SEN. Hæc mihi videntur anilia fabulamenta, quæ hye
me apud ignem puerilis recitantur. B R A. Fabulamen
ta videntur, sed quæ sub tegmine philosophiae mysteria
tegunt: & quæ possunt saltem testimoniu[m] reddere apud
Romanos mora alba extitisse. Nam deinceps cum This
be se perimit, deos rogat ut arbor suæ cædis testis sit: &
sicuti Pyrami sanguine tincta erat, etiam sui ipsius san
guine tingatur: propterea canit Ouidius: Votatamen te
tigere Deos, tetigere parentes, Nam color in pomo est
vbi permaturuit ater. S E N. His nugis omissis, ad rem
nostram redeamus. B R A. Apud antiquiores authores

mora nis= appellabantur, & sycomora, id est Ægyptia ficus, &
a. mora rubi. Sycomorum non habemus. SEN. Arbor illa
ycamis= procera, quæ nunc Ferrariæ passim viret, quam vulgus
a. sycomorum appellat, non est ergo sycomorus? B R A.
Ucomo= Non equidem: est tamen sycomorus procera arbor, sed
1. ficui similis, quæ fructum moro maiorem, & ficu mino
rem gignit, dulcem, suauem, & qui granula non habeat

vt morum. SEN. Igitur sycomoro caremus. BRA. Cas
remus, ideo prætermittatur: extant apud nos mora nigra, quæ vulgò celsi mora vocantur, putant recentes ob Moraci
arboris celitudinem celse mora nūcupata esse, sed apud si.
antiquos ab soluto vocabulo mora dicuntur, & cum mo
ra dicuntur, hæc intelligunt, quæ etiam appellant sycas
minæ: quamvis hæc nomina Attica non sint, vt Galenus
libro secudo de alimentorū facultatibus docet. Sed (vt
inquit) quibus placet Atticismus, his non placet media
cæ artis veritas. Ab Arabibus hæc mora, quæ à recentis
bus celsi mora dicuntur, Tut vocantur, vt ex Serapione Tuto
capite. c x x i i de simplicium medicamentorum fa
cultatibus colligere licet: eo autem loco Galenum adduz
cit. Sunt igitur hæc mora, quæ supra arbores proceras
nascuntur, & quibus in mense Maij & Iunij vescimur,
& quæ aduersari stomacho, & facile corrumpi Diosco
rides & Galenus dicunt, ea quæ ab antiquis absoluto
vocabulo mora dicuntur. Sunt præterea mora bati, qui Morab
bus Galenus & Paulus ad componendum Diamorum li
tentiū vtuntur. In rubo nascuntur multum differente
Callo. ab Hippocrate maratha nuncupantur. Sed Her
molaus Hippocratem emendat, vt legendum non sit
μαράθη ἀπόβατον, id est maratha à bato: sed μαράθη
ἀπόβατον, id est mora à bato, id est rubo. Nos aut tria
mororum genera in humiliis plantis nascientia cognos
cimus. Unum supra rubum: aliud supra idæum rubum.
Tertium quod vulgò mora campagnola appellamus, in= Morac
ter campos nascitur & inter arua, humili arbuscula, pagnoli
spinosæ, folia tamen rubi & eiusdem generis morum

EXAMEN

duorum, trium, quatuor, aut ad summum quinq^u acinodrum fert. B R A. Possunt' ne hæc ad certa genera & cō muniora nomina duci? B R A. Duo sunt Latina nomina, quibus hæc omnia significantur, rubus & sentis. Sentis. Plinius hoc nomen rubus scribit, & eo vtitur. Columela hoc nomine sentis vtitur: vt apud Latinos hæc duo nomina generalia sint, rubus & sentis: sed apud Græcos generale nomen est βάτος. Propterea cum apud Galenū, aut alium authorem Græcum legimus μῶλον βάτον, hæc intelligimus. Sed nostri his vocabulis differētias addunt, quod & Græci prius fecere. Nam apud Latinos differentiæ sunt, rubus caninus, rubus Idæus, rubus terrestris, vel sentis canis, vel caninus, sentis humilis, vel terrestris, sentis Idæus. Græci autem habent cynosbaton, baton Idæum, Chamæbaton. SEN. Nondum edocuisti, quid essent hæc mora apud nos. BRA. Nunc id agemus. Mora quæ in spinis sunt supra rubos in senticetis, & pro tuendis nostris aruis à beluis & hominibus, ab solutè mora rubi dicuntur, vel mora sentis, vel mora sentis canis, vel mora batii, vel batina. SEN. Hæc cognosco: & his vtor in diamoro. BRA. Dioscorides dicit nuncupari mora vaticana. ab Arabibus Suleich dicuntur, vt Serapio testis est, capite. c x i i i . sui libri de simplicium medicamentorum facultatibus, præsertim si ipsum Galeno conferas, eo loco quo de rubo sermonem habet. Adeſt & apud nos in foueis quæ agros disternitant, & alienos greges arcent, genus quoddam rubi breues spinas habens & tenellas, ipsaq; arbuscula tenella Idæus. est, & flexibilis, hoc genus rubus Idæus nuncupatur. SEN.

SEN. Putabam in Ida monte solum nasci. B R A. Non dicitur Idæus quia solum in Ida monte nascatur, sed ob magnam copiam, quæ ibi viret: tamen & in Ferrariensi sibus senticetis Idæi rubi pullulant. S E N. Nos moris Idæi rubi, & rubi canis indiscriminatim utimur. Dic autem quæ sunt apud antiquos illa mora parua valde nigra, quæ in aruis nescuntur, & multum adstringentia sunt: B R A. A Græcis arbuscula illa χαμαιεξτροφη mæbatos, id est humilis rubus, vel terrestris rubus vel sentis humilis nūcupatur. hoc est genus illud rubi, quod facit mora apud nos campagnola appellata, quæ nigra sunt, parua, & ad summum quinqꝫ granula coaceruata habent, de quo rubo Theophrastus tertio de plantarum historia meminit, cū inquit: τι δέ καὶ τὸν βάτευ πλειστογενή, μεγίστην δέ εὔχουσιν διαφοράν, ὅτι διδίνε οὐδεσφυγεῖ καὶ οὐδὲ εὔχων, δέ εἴ της γῆς καὶ εὐέις κατωνέυσσεν. καὶ οὐ τανσυνάπτη τῇ γῇ, εἰζόν μεντράπαγιν, ὃν δικαίοντι τινεῖς χαρματιβατον. δέ εἴκυνθοσβατον αὖκεπόν ὑπερεψονέχει, καὶ παρεπλησιον τῷ τοῖς ἐσιᾶς φύλλῳ. εἴσι δέ εὐδέρου καὶ θάμνου μεταξέντ καὶ παρόμοιον τοῖς ἐσιᾶσ. τὸ δέ φύλλον αγοραῖς. Quæ si interpretari velimus hæc dicit: Amplius autem & rubi plura genera maximâ differentiâ, qđ hic quidē rectus, & in altitudinē se habet, ille autem in terrâ & deorsum inclinans: & statim cū terrâ attingit, iterū radicē facit, quæ nōnulli chamæbaton, id est humilē rubū appellat. Ille autem, quæ cynosbatō, id est canis rubū vocat, fructū habet rubetē similē illi punicæ, id est similē cytino punicæ. Est aut̄ medius inter fruticē & arborem, & punicæ similis, folio amerinæ. Hæc Theophrastus.

SEN. Mihi videtur Theophrastum voluisse nostrum
 Rubum caninum in altū erigi. BRA. Id quidem absolu-
 tè non dicit; sed ad alterum comparatione facta, qui
 humilis & terrestris appellatur, ideo dixit ipsum esse
 medium inter fruticem & arborem. SEN. Ex Theo-
 phrasto solum duo rubi genera sumividentur, caninus et
 terrestris; tamē adest & rubus absolute. BRA. Apud
 Dioscoridem tria genera Bati, id est rubi, vel sentis tan-
 tum inueniuntur; Cinosbatos, de quo in. i. lib. quem Ses-
 rapio capite. CXXV. Set appellat, & Batos absolute,
 & Batos Idæus; de quibus quarto libro tractat. Sed Ba-
 tos absolute, id est rubus, & rubus Idæus non differunt,
 nisi spinis & loci abundantia. Ideo apud Dioscoridem
 solum duo rubi genera inueniuntur, Cynosbatos, & Ba-
 tos. Vnde & Galenus de duobus solum tractat, de Bas-
 to. VI. lib. de simplicium medicamentorum facultat. &
 de Cynosbato. VII. libro. Paulus & Aëtius eundem
 ordinem seruant; nam de Bato & Cynosbato duobus
 locis tractant, & de Rubo Idæo nusquam, tanquam de
 eo qui non est distinctus à rubo nisi per teneritudinem,
 & spinas. Imò & Plin. solum de Cynosbato & rubo
 distcrit, quamuis libro. XXXIII. capite. XIII. dicat
 Cynosbaton habere folium vestigio hominis simile, &
 Idæum rubum tantum in Ida nasci, cum tamen apud nos
 sit, & eo loco multa rubi genera enumeret, que re vera
 à Theophrasto, Dioscoride, Gale, & alijs distinctæ plâ-
 tarum species ponantur. SEN. Ignoro adhuc, quid per
 hunc tuum inordinatum discursum inferre velis. BRA.
 Hoc inferre intendebā, Theophrastum, Diosco. & alios

Græcos

Græcos sibi ipsis consentire, & esse tantum duo rubige
nera, scilicet rubus absolute, vel rubus terrestris, vel ru
bus humilis, & Cynosbatos, id est rubus caninus, quæ
duo genera tantum enumerantur: nā rubus Idæus saltē
viribus à rubo humili non differt: nec de illo Galenus,
Paulus, aut Aëtius tanquam de re distincta tractat. Nec
impedit, quod Theophrastus videtur sentire tria esse ru
bi genera, humile, magnū, id est cani rubum, & mediū:
quia ad duo reducuntur. Imò & Gale. in. 11. lib. de Ali
men. faculta. solū de duplice rubi fructu differit. Primo
de rubo, postea de rubo canino. De rubo inquit: Rubi
fructum nostrates homines à bato, batinum vocant. &
deniq; addit: Omnia porrò quæ ex mori succo medica
menta cōponuntur, ex huius liquore parata efficaciorem
virtutem aquirūt: postea de rubo canis tractat, inquiens:
Canis rubi fructus longe adstringētior rubi fructu ext
stit, ideoq; ventri supprimēdo accommodatior. Rustici
frequenter hunc existimant tenui alimonia, vocatq; Cy
nosbaton, id est canis rubum. Ut ergo in hac refinem fa
ciamus, & deniq; receptui canamus, scito id genus sen
tis aut rubi, quod chamæbatos, id est humilis rubus à
Theophrasto vocatur, à Dioscoride, Galeno, Paulo,
Aëtio absolute Baton dici, à Plinio rubum, à Columella
sentem. Est autem id quod Mora capestria à nobis vo
cata gignit, quæ inter campos nascuntur, & cum vindes
mia maturescūt nigraq; fiunt dulcia, & ad summum. V.
aut. vi granula habentia. S E N . Illa sunt, quibus pro
Bati moris in Diamoro confiendo utimur. B R A . Illa
conueniunt, & sumi debent. Illud autem quod à Theop

phrasto dicitur Cynosbatos, id est rubus canis, vel seneis
canis, est ille met rubus, de quo Diosco. Gale. Paulus, &
Aëtius agunt, & est ille qui apud nos dicitur Roueda,
qui in Ferrariensisibus foueis passim inuenitur, ad areenas
das beluas, & furaces homines à capis, facitq; mora ad
oliuæ magnitudiné. In Ferrariensi solo infiniti huius ge-
neris rubi inueniuntur. SEN. Nouimus, sed quid est ru-
bus Idæus? BRA. Considera Ferrariensis agri senticea-
ta, rubos inuenies qui paruas spinas habeant, raras, &
qui magis tenelli sint, & eorum mora magis rubra sunt.
SEN. Frequenter vidimus similes rubos, inò & fine spiz-
nis inuenimus. BRA. Hic est Idæus rubus, qui in multis
Italiæ partibus, præsertim per Apenninum sine spinis
viret. Rustici Mediolanenses huius rubi Idæi moris libe-
ter vescuntur, nec spinas habet. ita in mōtibus Mediolan-
no propinquioribus nascitur. Hæc mora ab incolis Næ-
poni proprio gentis vocabulo appellantur. Hæc de Mo-
ris tibi dicenda videbantur: nisi in mentē venisset Seruū
per fraga, Mora quæ in herbis nascuntur interpretari,
in Damocæ & Corydonis altercatione, cum Poëta cas-
nit: Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. Si quia
dem terrestria mora intelligit Seruius, certe deceptus
est. At si intelligit vera fraga quæ in Triphylio nascu-
tur, ipse autem appellet mora in herbis nascentia ob sis
militudinem, quam fraga cū moris habent, Seruio adstis-
pulamur: nempe multa sunt, quæ cum moris affinitatem
habent, & ex substantia granulosa & acinosa cōposita
sunt. SEN. Quæ sunt apud Auicennam Mora de sceni,
quæ ipse amara esse fatetur? BRA. Ea' ne intelligis, de
quibus

quibus tractat lib. 11. cap. cccciiii: SEN. Ea intel
ligo. BRA. Alias quid essent dubitaui, ob id quod dicit,
Amarū autē, quod nominatur Morū de sceni: nulla autē
mora amara inuenimus, ideo putabā in Auicennæ pa-
tria mora aliqua amara esse: sed postea animaduertis-
mus, nihil aliud esse morum de sceni, quam id quod nos
vocamus Morū celsi. Morū autē, quod ipse appellat Al
firsed
firsedu, & quod dicit secūdū Semicam fucus currere, est
Sycomorus, quē Latini Egyp̄tiā ficū vocāt. Propterea
Auicēna dicit magis loquēdū esse de moro de sceni, quā
de Alfirsedu. Vnde proprietates, quas ponit de moro de
sceni, omnes sunt proprietates mori celsi, vel mori abso-
lutē Dioscoridis. SEN. Aliqui per mora de sceni, batimō
ra intelligūt, alijs mora cynosbati. BRA. Hi mirē decipiū
tur, quia de rubo cap. CCCCCLXXIX. & simul de
rubo, & rubo canis pertractat. Ideo apud ipsum nihil
aliud intelligo, quam quod Alfirsedu sycomorus sit, &
morū de sceni, Dioscoridis morū sit, quod vos celsi morū
vocatis. Nec moueor, quod legat̄ esse amarū, q̄a iterpres
errauit, & debuit iterpretari acidū. Id appet ex hoc qđ
de eius Rob tractare volēs dicit esse acetosum &c. SE.
Nō possū nō credere qđ dicis, quoad ab alio melius edo
cear. Sed vñ est in quo de Pli miror, q̄ dicat Cynosbatō
habere foliū vestigio hois simile. BRA. Alias & ego ad
miratus sum: sed postea admirari desui, multa folia cōsis-
derās, que similitudinē soleq̄ habere vidētur Theophra-
stus dicit habere folia ḥyrci: Hermolaus Barbarus legē
dū putat ḥyrci des, id est hūani vestigij forma, q̄a & hoc
mō vijs est Pli. interpretatus esse Theoph. et eā lectionē

habuisse. SEN. Miror etiam cur lib. xxiiii. capite
xiiii. Plinius dicat cynosbaton ferre vuam nigram, in
Neuros cuius acino neruum habet, vnde Neuros pastos dicitur.
pastos.

BRA. In hac resi per neruum lanam intelligat Plinius
verum dicit, aut duritię quādā in medio. Si quid aliud,
quid sit nescimus, nisi cum Hermolao dicamus deceptum
esse Plinium in Cynosbato, quia Smilax aspera, id est
hedera cilissa, vuas modo labruscæ habet, tamen ut Dio-
scorides inquit, ab aliquibus cynosbatos dicit, vt in hoc
vocabulo Cynosbatos decipiatur. Sed potius arbitror
per neruum lanam, aut duritiem quandam: per vuam,
Morum ipsum Plinium intelligere: nam Smilax vuam
nigram non habet, sed rubram, et pulchro rubore insi-
gnitam. SEN. Plinius etiam velle videtur apud Græcos

Rhānum. Rhānum rubi speciem esse. BRA. Ita sentit Pli. tamen
nullum authorem vidi (quod sciam) qui Rhamnum, aut
lytium speciem bati poneret: fortè quia propinque na-
scuntur, ideo Pli. ad Rubi genus deduxit. Nunc brevis-
bus receptui canamus, quum ab authoribus mora batina
absolute dicūtur, mora intelligas, quæ vulgo cāpagnola
appellamus. SEN. Semper illa accipio. BRA. Tamē alij
sunt, qui illa nō accipiūt, sed ea quæ dumetis supra cynos-
batos, id est rubos caninos nascuntur. SEN. Quæ est horū
differētia? BRA. Quia rubi canini morū magis adstrin-
git quā humilis rubi. Scitoq; alba mora p. infisionē fieri
supra populū albā: ideo nouū inuentū esse. Quare non
mirū, si de illo antiquiores nō meminere. SENE X.

Rob nuc-
um. **V**ereor ne Rob nucum, quod Diamorum sequebae-
tur, de tam longa mora conqueratur. Ideo his
omissis,

omissis, ipsum contempleremur, quod Diacarydion à Græcis dicitur. B R A. διακαρδίων, non Diacarydion dici debet. In hac autem compositione quem sequeris? S E N.
Mesuen sequor, quamuis Ἔ Hali, Ἔ Serapio, in spes ciebus Rob, eandem compositionem faciant. B R A.
Quomodo autem paras? S E N. Hoc modo secundū Mesuen: Recipe succi exteriorum corticum nucum in diebus canicularibus lib. iij. decoque ipsum decoctione vnat deinde adde mellis lib. ij. Ἔ decoque, donec incrassatur, Ἔ fiat sicut mel. Hæc est prima compositio, quæ à Mesue conficitur. B R A. Alias nunc prosequaris. S E N.
Mesue in hoc Rob nucum quatuor intentiones ponit.
Prima est, si hoc medicamen pueris exhibeat, aut mulieribus, aut humidis natura, nihil aliud addit, quam qđ simpliciter dictum est. Secunda intentio, quando morbus est in principio, opus est stiptica immiscere: ut sunt rosæ Ἔ balaustia. Tertia intentio, quando morbus est in flatu, opus est crocum Ἔ myrrham commiscere. Quarta intentio, quando morbus in declinatione est, baurach, Ἔ sal ammoniacus addenda sunt. In his intentionibus Græcos imitatur. Hæc enim compositio illis exhibetur, quibus à capite ad pectus Ἔ cannam pulmonis materia acuta Ἔ subtilis defluit, quæ quandoq; eadem die suffocat, aut abscessum facit, qui breui perimit. Propter hoc Græci duas compositiones parant. Alteram Dianucis simplicis. Alterā Dianucis compositi. Videoq; Mesuen hanc suam cōpositionem ab Alexandro Tralliano accessisse. In mellis autē quantitate differunt, quia ex nucibus cōpositionem facit, sicut etiam Diamorum fecerat: tamen cōpositū

coquendi modo cōsiderato, in eandem ferē quantitatē
veniunt, quia in mense Augsti nuces accipit, & exterio
res cortices detrahit, quæ in mortario cōtundit & expri
mit, magmate proiecto succum mediocriter decoquit, &
pauxillū mellis addit, ut in cōpositione Diamorum, &
deniq; ad mellis cōsistentiā elixat. In Diamoro autē acci
pit succi mororū sextarios. V. & ad mellis liquidi consi
stentiam coquatur: postea sextariū. i. mellis addit, & ad
spissitudinem mellis coquit. Ita in cōpositione ex nucibus
fiat, sumantur. V. sextaria succi putaminis exterioris nu
cis, & bulliant ad spissitudinē mellis liquidi: postea ads
datur sextarium. i. mellis, & ad cōsistentiā mellis dedu
catur. Postea Trallianus ea addit, quæ nos putamus Me
sue ad verbū accepisse. Inquit enim infantibus & mu
lieribus & in principijs sine aliquo addito esse exhiben
dum. In summo autem vigore addendam esse myrrham.
In morbi vero declinatione, sulphura & nitrum addit.
Mesue tamen differt, quia in principio rosas, & balau
stria cōmiscet: Alexander autē nihil. Paulus autē duplex
Diacaryon facit simplex & compositum. Simplex idem
ferē est cum illo Alexadri & Mesue: nempe recipit succi
contusi corticis nucum viridium cotylas quinq;, mellis co
tylam vñā, & coquatur ad diametrum, id est ad conues
niens corpus, quod est ad spissitudinē mellis. SEN. Com
positum nunc tractemus. BRA. Cōpositum quidē docet
Paulus, & de cōposito seorsum scribit, quod nihil aliud
est, quam simplex, cui ea quæ à Mesue accepta sunt ada
dit, & cōpositū vocat. Nempe, inquit Paulus, ab initio
quidē statim, & in vigore, in oris inflammationibus mis
scere

scere oportet croci & aluminis vniuerscuiusq^z denariū. I.
myrrhæ denarios. II. In declinatione autē propter dissi-
pationem nitri denariū. I. sulphuris tantudem prædicto-
rum quantū cum succi, tum mellis. SEN. Mihi nō placet
in principio crocū cōmiscere. BRA. Nec mihi. propterea
arbitratus sum, Paulū hoc modo intelligendum esse: Ab
initio quidē statim opus est vti simplici Dianuce, postea
sequatur: & in vigore miscere oportet croci & alumini-
nis vniuerscuiusq^z denariū. I. & hoc in principio nō ponas-
tur: sed Alexandro concors in principio simplex detur:
alia in alijs temporibus addantur, tuncq; à Paulo lib.
v i i . cap. x i i . Diacaryon cōpositū appellatur. De dia-
caryo etiam Galenus diffuse lib. vii. de componen. phar-
macis secundum loca agit. Imò Galenus huius composi-
tionis inuentor fuit. Nullus enim ante ipsum ea v̄sus est.
His autem omissis, alios syrups prosequamur. S E N .
Nullus syrus est à prædictis diuersis, quem in officia-
nis habeamus, nisi medicus aliquis particularis vnum fiz-
bi finixerit, & pro se parari iubeat. B R A . De his nihil
ad nos, quippe institutum nobis erat eos syrups tantum
prosequi, qui & Ferrariae, & per totam Italiam in com-
muni v̄su sunt. Si quis autē vnū sibi fingat, eo vtatur, &
illū, vt sibi videtur, examinet, si cōponendi canones bene
didicerit. SEN. Solebamus et in officinis Rob de Ribes Rob de
seruare, nūc autē nō habemus, nec eo vtimur. BRA. Et nul-
lus est Ferrariae qui habeat. Venetijs autem multi sunt
qui Ribem seruant: tamen apud authores quid sit incer-
tum est. Nempe apud Theophrastum, Dioscoridem, Gaa-
lenum, Oribasium, Paulū, Aëtium quærens inuenire non

potui. Minus apud Catonem inueni, Varronem, Pliniū, Palladium, Columellā. Soli Arabes de hoc succo, & de ipsa herba vel frutice locuti sunt. Nam Serapio capite CCXLI. de Ribes tractans, solos Mauritanos refert, & nullos Græcos. Assuetus autem est, quū Græci de aliqua re loquuntur, ipso primo adducere: quam vero nullum Græcum adducit, est Arabum inuentum, & res sua propria. Ribem autem secundum Isaac eben Abraham describit, plantam esse quæ habeat capreolos recentes, rubros ad viriditatem tendentes, & habet folia magna, lata, rotunda, viridia, & habet grana, quorum sapor est dulcis cum acetositate, & ipsa est frigida & sicca in II. gradu, & signū super hoc est acetositas eius, & stipticitas: omnesq; authores, quos Serapio adducit inquiunt frigidam & siccam esse in II. gra. Aucenna vero in III. gra. dicit. Venetias quandam succum ferunt, quem dicunt esse Ribem, deferunt autē Alexandria Egypti, inquietantes ex Damasco prius Alexandriam allatum esse, & quod in Syria ingens copia nascatur. Alii ex Coraseni deferri tradiderūt. Ut autem de re ipsa agamus, scito arbusculam quandam ex varijs Apennini locis ad nos corporari, quam ribem appellant, & nunc in multis locis Ferrariæ habetur, et in multis hortis viret: foliū vitis habet, sed minus incisum, & paruos racemos facit, qui quando maturantur, rubri fiunt, & saporem acidum habēt, adeo ut ego putem in secundo gradu infrigidare & exicare. Et etiā is succus qui Alexandria Venetias afferitur (meo iudicio) in secundo gradu potius quam in tertio frigidus & siccus est. Ideo Serapioni potius quam Aucennę credimus.

dimus. Quod autem nos riben vocamus, & nunc Ferrariæ, & Murani Venetiarū aliquibus locis, & Patauij, & Bononiæ viret, Mauritanorum ribes esse nō potest: quia inquiunt suum riben lata folia habere, magna, rotunda, viridia. Sed folia apud nos vocati ribes, rotunda non sunt, nec multum viridia, sed ad figuram foliorum vi-
tis accedunt. Adde nostrum ribe potius inter vuas numerari debere. Rhasis autem in Almansore riben inter fructus computat, & fructum esse iudicauit. At quia Serapio, capreolos recentes rubros ad viriditatem tendentes habere dicit, & aliqui per capreolos racemos intelligunt, ideo in hoc, cum nostro vocato ribe similitudinem habere videtur. Sed video Serapioniè de ribe loqui tanquam de re sibi incerta, & solum aliorum sententias sequi. Ideo quid sit, ex ipso bene exprimi non potest. Ex alijs vero authoribus adhuc minus, quia nullus est alijs, qui riben pingat. Genuensis solus Arabem quendam authorem citat, qui de ribe hoc modo loquitur: Est planta habens stipitem rubeum, ad viriditatem declivem, tenues rum, cuius sapor est dulcis acetositate mixtus, folia rotunda, viridia, & magna, cuius granum petatur de Corasensi, acidi saporis, de quo fit Rob. Hæc ille Arabs, quem Genuensis citauit, cuius nomen est Alhaui, ut hinc habeas, & hunc authorem inter fructus connumerare. Hoc admonere volui, quia multi sunt, qui succū ex quendam herba esse dicunt, imò Gulielmus Placentinus riben, acetosam herbam esse iudicauit, in eo deceptus, quia Mesue dicit, quod rob herbæ acetosæ est in virtute eius.

S E N. Noster igitur ribes, quæ in hortis habemus, Ara-

bum ribes non erit. B R A . Non erit. S E N . Nec ribes apud Græcos, aut Latinos reperitur. B R A . Nec istud (quod sciam). S E N . Quid est ergo, quod pro Ribe habemus? B R A . Intelligis' ne hunc, quem Alexandria Venetias deferunt, vel illum, qui ex Apennino petitur? S E N . Vtrung. B R A . De eo Ribe, quem habent Veneti, ex Syria Damascum, Damasco Alexandriam, Alexandria Venetias comportatum, nihil aliud tibi dicam, quam quod suprà ex Serapione & Halaui dictum est. De eo vero qui ex Apennino affertur, apud Antiquos quid sit ignoro, in viribus tamen cōuenire arbitror, quia sapor manifeste ostendit frigidum & siccū esse, & etiā operationes: quare ad eadem valet hic noster Ribes ad quæ Damascenus . Damascenus enim (vt Auicenna insquit) acetositatis citri, & omphacij vires habet. Quod & Serapio secundum Aben Mesuai testatur. Mesue etiam dicit esse in virtute herbæ acetosæ. Unde pro Ribe, citri succo, omphacio, succo herbe acetosæ, aut nostro vocato Ribe, qui in Apennino viret, vti possumus. S E N . Ad quæ valet? B R A . Ad ingentem calorem, & fites ingentes, ad incendentes febres, ad profluvium ex bile cardiacis succurrit, vomitum sistit, appetitū excitat, morbos & variolos sanat, bilem extinguit, hæmorrhoidas sedat, & ebrietati conuenit: ad omnes abcessus pestilentis morbi valet, visum acuit: imò vnum est ex his quæ in pestilenti morbo plurimum proficiunt. S E N . Egregius ergo est hic syrups. B R A . Est equidem, & adhuc in maiori pretio esset, nisi citri succum haberemus. Nunc vero ad alios syrups flectamus. S E N E X . De Syrupis finitum

finitum est. BRA. Tam paucis utimini? S E N. Non plu-
ribus nisi infusione senæ inter Syrupos numerare veliz Senæ in-
mus. BRA. Et cur non numerabimus? nam concoquens fusio.
di vires habet, & ego alio Syrupe mixta vtor, vt ægro
conuenit, magno eius præsidio. sunt autem in ea confi-
cienda Pharmacopolæ dissidentes. Tu quomodo paras?
S E N. Hoc modo, quem dicemus.

Recipe florum boraginis)			
Buglossæ)	añ.	5.	i.
Violarum)			
Rosarum rubearum)			
Aquæ fontis		lib.	i.	
Mellis rosati colati		vnc.	y.	
Senæ		vnc.	y.	

Misce & fiat infusio secundum artem. B R A. Ni-
hil aliud addis? S E N E X. Nihil. B R A. Aly sunt qui
gingiber miscent. S E N E X. Et ego id facio in hyeme
scrup. gingiberis incio. B R A S A V O L V S. Seper
addendum est: quia ob id additur, vt quædam frigida
qualitas à Sena remoueatur, quæ ventriculum offendere
solet, & flatus excitare: alias autem ob amaritudinem
quam habet, ventriculo commoda est. Sed à quo autho-
re accepisti? S E N E X. A nullo, quia magistra-
lis compositio in hac officina à centum annis citra
confecta, doctissimi medicæ artis professores ita indis-
xere, deinceps patres mei & ego prosecuti sumus.
B R A S A V O L V S. Tua autem præcitata compo-
sitio ab alys in pondere multum differt, Ita enim con-
sociunt aly.

Recipe Senæ eleæ vnc. i.

Florum Boraginis)

Buglossæ)

Violarum) an. 3. f.

Rosarum rubearum)

Gingiberis)

Mellis rosati colati vnc. i. Aquæ fontis vnc. vi.

Fiat infusio secundum artem. SEN. Hi mihi videtur passim simillima aquæ quantitatem accipere: opus enim est duas vncias ad minus resoluti, ideo quatuor tamum supererunt. BRA. Alij vero hoc modo parant.

Recipe Senæ optimæ vnc. i. Gingiberis. 3. f.

Florum violarum)

Buglossæ)

Boraginis) an. 3. i.

Rosarum)

Deinde hoc modo conficiunt. Senam in. X. aquæ fontis libras inyciunt, & ebullitione una ebullire faciunt; deinde supra alias res scilicet flores & gingiber, quæ in vitriato vase sint, decoctum illud versant, & vase adeo obturant, quod nihil respirare possit. Itaq; per. 1111. horarum spatium dimittunt: deinde percolant, & in hoc quod descendit inyciunt mellis rosati vnc. 1111. SEN. Hi igitur mel rosatum in infusione non ponunt. BRA. Non ponunt, nec poni debet, sed facta expressione addendum est. Inter se præterea differunt, quoniam hi senæ folliculos, illi folio: alijs indiscriminatim folliculos & fossa recipiunt, prius tamen pediculis, & paruis festucis ablatis. Alij Senam ebullire non faciunt, sed cum aqua ipsa

ipsa feruet, in eam senam inyciunt: deinde hanc aquam simul & senam in vitreatum vas inyciunt in quo flores & mel rosatum posita sint. Alij non semidrachmā Ginz giberis, sed scrupulum imponunt, & per. x. horas in infusione relinquunt. S E N . Quid igitur in tanta confit sione agi oportet? B R A . Hoc, quod nunc explicare co nabimur. Sicut sena apud antiquos incognita erat, & (ut Auerrois inquit) noua cōpositio est à recentibus excogi tata quæ in atrabilarys passionibus, scabie Gallica, le pra, psora, & eiusdem generis alijs multū proficit, quæ ab atra bile dependent: propter hoc flores, quos cordia les appellant, addidere. In hac autē infusione ego nun quam prætermittendum putarem polypodium, ad inten tionem senæ, & passulas atq; sebestem, veluti ea quæ aluum emolliunt: quod & in hac infusione requiritur: vbi etiam possum, flores citrorum, aut limonum, aut nar rantiorum addi facio. S E N . Ergo & simplicium pon dus & parandi modum edoceas. B R A . Hic est.

Recipe Senæ optimæ, simulq; sint folliculi & folia,
sed folliculi folia excedant, & sit sena ex oriente pos-
tius quam ex Liguria aut Appulia delata: nā perfectior
est orientalis: neq; multum antiqua sit, imò quanto recens-
tior, tanto melior, vnc. i.

Gingiberis Radix vna parua, vel

ad pondus 3. £.

Florū boraginis. De buglossā curæ)

nō sit, quia borago est vera buglossa)

Violarum) ann. 3. 1.

Rosarium rubarum)

Citrorum, vel limonum vel narrantiorū, si habeant:
Polypody. 3.ij. Passularum vnc. 6. Sebestē num. x.
Et si quis domi hanc infusionem conficiat, loco Se-
bestem, pruna damascena exiccata accipiat, et hoc mos-
do fiat: Sumatur libra aquæ fontis feruentissimæ, quæ in
uitriatum vas, in quo omnia p̄dicta insint, injiciatur:
postea vas optime obturetur, et per decem horas dimit-
tatur, deinde exprimatur: sed de melle rosaceo an mi-
sceri debeat nec' ne, medicus secundum intentionem egri-
tudinis, vel misceat, vel omittat: nam ad perfectionem
infusionis non exigitur. Si autem commiscere voluerit,
sint quatuor vnciæ mellis rosati. Tamen cōsuetudo est,
semper infusionem alicui syrupo immiscere, ut affectio-
ni alteræ quæ in ægro reperitur, conuenit: fortè mel ro-
satum conueniet, tunc illo uti poteris. Non mihi autem
placet, senam in infusione ebullire, quia ex sena super-
ficiales partes solum expetimus. Si quis vero senam in-
feruentem aquam injicere voluerit, et statim aquam cum
senâ supra flores immittere, nihil refert, modo sena non
ebulliat. Hæc autem infusio fit, ut horum simplicium vi-
res in aqua recipiantur. Nam infusiones quandoq; fiunt,
ut malitia alicuius medicamenti simplicis reprimatur:
Quandoq;, ut vires alicui medicamento condonentur:
Quandoq; ut medicamentū lubricum efficiatur: Quan-
doq;, ut vires simplicium in aquam recipiantur, quod in
hac infusione senæ fit. De his vero infusionum modis an-
tiquiores non tractauerunt: sed Mesue capite, i i i. sum-
mæ secundæ in canonibus vniuersalibus has infusiones
abundè edocuit. SEN. Quot vncias huius infusionis
propinare

propinare possumus? BRA. Quandoq; tres, quandoq; quatuor, quandoq; sex exhibeo, vt his conuenit, quibus propinatur. Ratio quoq; habenda est, si sola, aut cū alio syrupo mixta bibatur: & an multum, vel parum euacuare conueniat. Sed commune pondus est, quod euacuat si mul, & digerit. 1111. vnc. exhibere: nam huic mirè proficit cui potui datur. SEN. Tu frequenter ea vteris, quae de causa? B R A. Quoniam frequentes atrabilarios incido, quibus ipsa conuenit. S E N. Audiui, quod ventriculum offendat. B R A. Et id Mesue cap. X V. de simplicium medica. facul. afferit. S E N. Quomodo fieri potest, cum ipse Mesue calidam in princi. secundi, & siccam in primo dicat? BRA. Imò & subamara est sena: quæ qualitas ventriculo prodeesse solet. Sed partes quasdam flatuosas habet, quibus illi obest. hoc autem facile remouetur, quia gingibere addito, partes illæ euaneantur. Ideo vel hyems sit, vel æstas, gingiber continuè addi debet. Quod autè ventriculū offendat, quisquis in seipso facile experiri poterit, si hanc infusionem semel absq; gingibere bibat: nam statim in eius ventriculo flatus excitabuntur. Iubeo plerūp, vt ipsam infusionem ex iure capi aut pulli conficiant: & his multum proficit qui sumūt. SEN. Imò hoc videtur esse Mesue documētum. B R A. Ita certe est, propterea & quādoq; iubeo ex sero capræ parari, vt docet Mesue, & tūc mire proficit affectionibus cutaneis ex salsa pituita, & aliqua atræ bilis miscella. Hæc de Sena. Quæ cum inter syrups vltimo loco enumerata sit, orote (nisi aliquo negotio occuperis) hac nocte mecum dormias, non vt Tityrus Melibœū

enuitauit, frōde super viridi, sed molli super pluma, aut
(si mavis) lana. S E N E X . Quædam negotia sunt mihi
expedienda. Cras summo mane hic accedam, ut Pis-
lularum compositiones aggrediamur. Nempe mihi ins-
titui, nunquam desistere, sed tibi perpetuò mo-
lestus esse, quoad hæc composita tuo
examine perpensa sint. Vale
nunc, et quieta nocte
fruaris. BRA. Et
tu quoq.

F I N I S.